anthemidis modo capitulum, sed ea q̄  
caulē ambiūt folia, stellz modo radia-  
ta, oblōga, hirsuta. Aeg. Inguinalē vo-  
cant, quia bubonibus p̄desse creditur, Astarā  
τίκον.  
non tantum emplastri modo iposita,  
verum adalligata etiam. Mixtā est vir-  
tutis, digerentis & refrigerantiz.

**ASTRAGALVS** parvus a ter- ἀστράγαλος  
ra frutex, foliis & ramis ciceri similis, λθ  
flore purpureo paruo, radice rotūda, ra-  
phāi mō grādi, quz ad patas appēdices

PLANTARVM

firmas habet. nigras, præduras, veluti cornua iter se implicatas, gustu adstringentes. nascitur in ventosis, opacis, & in iualibus, eo Memphis Arcadiæ scaet. Radix ægre propter duritiã turgiditur. Aeg. Non ignauiter desiccatur, radices habet astringentes, vlcera vetusta ad cicatricem perducit. aluum fluentẽ radix in vino pota sistit.

ατρακτύλις  
τυμ'ς  
Cartas  
mus syl  
uestris.

ATRAGTYLIS, spina est cnicico similis, folia multo longiora ferens in summis virgis, magna parte nuda asperaq, qua seminae profusis utuntur. capitula in cacumine spinis horret flos luteus, quibusdam in locis purpureus inuenitur. radix tenuis, superuacua. Aeg. Vocatur & cnicum syluestre, vi siccante & mediocriter calida.

ατριπλις  
Catas.

ATRIPLICHEM aliqui chrysolachanon vocant. cognitum olus est. Duo eius genera, syluestre, & satiuum. costum estur vt ofus. Aeg. Hum. z. fr. i. Ventrem emollit., semen ipsius vbi pollet abstersoria, vnde ictericis ex leucineris obstructione accommodatum est (De Chrysolachano vide infra.)

βεννα  
Daufit.

A VENA genicula quaedam haec

bet. folio & stipula triticum imitatur,  
 & in cacuminibus dependentes parua  
 las veluti locustas bipedes gerit, in qui-  
 bus semen continetur. Aeg. Similem  
 hordeo continet facultatem. Siccatur &  
 modice citra corrosionem discutit. a  
 strictionis quoque cuiusdam copos est,  
 unde & alui profluuiis subuenit.

**M V R I S** auricula, quam myosotis  
 da vocant, herba est caulibus pluribus  
 ab vna radice, aliquatenus ab imo ru-  
 bentibus, & concavis, foliis angustis,  
 oblongis, dorso acuto, elato, nigrican-  
 tibus, per interualla assidue geminatis  
 atque in mucronem desinentibus, & te-  
 nuibus caliculis ex alarum sinu prode-  
 untibus. flore, ut anagallidis, caeruleo  
 radix digitali crassitudine, multis ca-  
 pillamentis fibrata. Radix illa agilo-  
 pia sanat. Sunt qui alsinen, muris auri-  
 culam vocitent. (Aeg. non recenset  
 aliam quam alsinen supra  
 dictam.)

μυρτις  
 ὄστρα

**B** **A C C H A R I S** herba frutico-  
 sa, quae in coronas additur. cuius  
 folia aspera sunt, media uiolae &

βαίχων  
 φίσ

## P L A N T A R V M

verbascl magnitudine, caulis angulosus, cubiti altitudine petens, aliquantulum asper, non sine appendicibus adnatis, flore purpureo, subalbicante, odorato, radicibus veratro nigro sitibus, quibus odor inest cinnamomo proximus. Asperum squalidumque solum amat. Aeg. Mevba est acris. radicis decoctum meatus obstructos aperit, urinam & menses citat. folia ipsius cum sint astringentia fluxionibus opitulantur.

βαλεν  
 σιογ  
 iulinar.

**B A L A V S T I V M** sylvestris pinici flos est, cytino similis. Cuius complura genera repiuntur, candidum, fulvum colore rosaceo. succus ex eo exprimitur hypocistidis modo, cui adstringentia vis inest, eadem faciens quae hypocistis & cytinus. Aeg. Valde astringit, sicca & frigida facultate perditum. Summae cutis ulcera ad cicatricem perducit, & de stillationes cohibet.

βαλλω  
 τή.

**B A L L O T E N**, nomine alio nigrum marubium vocant, caules ædit quadrangulos nigros, subhirsutos, complures ex una radice foliis maioribus quam marrubii hirsutis, intercedente spatio, subrotundis, graveolentibus, apiastris proximis, unde ali

qui apiastrum eam vocauerunt. candidi flores vniuersi verticillato ambitu caulem coronant. Aeg. Acris est & abscessoriarum facultatis, imposita cum salerabidicanis morsibus medetur.

**BALSAMVM**, arbor albae violae, licii, siue pyracanthae magnitudine conspicitur. Folium rutae proximum, longe candidius, perpetuo virens, in Iudaea solum quadam valle & Aegypto nascens, his diffusus modis, scabritia, periclitate, gracilitate. Quod igitur tenui & capillacea coma est, theristrum vocat, quasi demessile. fortassis quoniam ob gracilitatem facile demeratur. Aestiuus sub ortu Canis ardoribus arborum vnguibus ferreis inciditur, manatque e plaga succus, quem opobalsamum vocant, sed tam exiguo stillatu, ut annis singulis ne plures quidem quam seni septemve congi coquantur, inibi quoque prodest duplo repeditur argento. Succus probatio est, ut sit recens, validi odoris, sincerus, non ad acorem vergens, dilui facilis, laeuis, astringens ac modice mordens gustu. sed varie viciatur, misto ab aliquibus terebinthi, cypri, letisci balanivuguento, inter susino, mei opio, melle, aut Cypria cera liquida. quae maleficium facit.

βαλαστος  
μου  
Belesē.  
Beles  
ma.

## P L A N T A R V M

deprehenditur, Namq̄ merus in lanē  
 vestem fusus, neq̄ maculam facit, neq̄  
 si eluatur notam relinquit, vitiat⁹ autē  
 inhæret. & lac instillatus coagulat, q̄  
 aduleratus non efficit. Quinetiam. sin  
 cerus i aqua aut lacte celerrime liqua  
 tur, coloreq̄ lactescit, vitiat⁹ vero oleū  
 modo innatat, se cōvoluens, aut in Res  
 lā modum diffundens. Sincerus sene  
 scēs crassescit, deteriorq̄ redditur. Hal  
 lucinantur, qui aqua concretū pessum  
 ire, & ad ima sidere arbitrantur, postea  
 dissipatum supernatare. E ligni genere  
 quod xylobalsamum vocant, probatur  
 recens, sarmento tenui, fuluum, odor  
 ratur, quadam tenus opobalsamum  
 spirās. Necessa: ius etiam seminis ei tū  
 pit vsus. quare eligatur thauum plenū,  
 grande ponderosum, mordens gustu,  
 feruens in ore, modice opobalsamum  
 olens. Adulteratur semine hyperico si  
 mili, q̄ a Petra oppido defertur. Sed  
 coarguitur magnitudine, inanitate, vi  
 rium ignauia, sapore piperis. Aeg. Bal  
 sami, quod veluti lignū est sicca & cal.  
 2. Subtilem habet substantiam, liquor  
 autem multo tenuior est. fructus pro  
 xime

xime hunc virtute accedit, sed minus tenuis est.

**B A R B V L A** hirci, quæ ab aliis come vocat, breui est caule: foliis croci: radice longa, dulci spina: magno super caulem calyce, e cuius summo semē nigrum dependet: vnde nomen inditū est, herba esui apta est. (Aeg. non memorat) Vide plura in Tragopogone.

**B D E L L I V M** alii bolchon appellant: alii madelcon lachryma est facracenicæ arboris. Probaturn gustu amarum, translucidum: taurini glutinis in morem. intus pingue, liquescens facile ligni ac sordis expers suffitu odoratum: vngui simile. Est etiamnum bdelii genus sordidū: nigrum, vberioribus glebulis in offas conuolutū; aspalathi odore: ex India aduectū. defertur etiā a Petra oppido siccum, resinosum: liuescens: sed facultate secundum. Adulteratur gummi, sed ita vitiatum nō p̄inde gustui amaritudinem repræsentat, nec vsq; adeo suffitionib. odoratum. Aeg. Tum Scythicum: tum Arabicum: scirros emollit, præfertimq; recentia. Arabicum vero vringiendæ est, cal-

τριχοπω  
γων

βδελλιν  
cy

PLANTARVM

culos comminuit, maturatq̄.

βαλλυς.

BELLIS, qui & bellius dicit, flos est pratensis, passilicantibus quinquagenis quinis barbulis coronatus. Plinius.

τεύτλου

Decka.

BETA dicitur generē est. ē qb. nigra coquitur cū lenticula, vt ventrē sistat. qđ magis radice eius præstatur. cādida alba uo utilis est, vtraq̄ tñ ppter nitrosū humorē, quē habet in se noxi succi est. Aeg. Nitrosam vim habet, qua abstergit, discutit, per nares purgat. Alba elixa plenius, inflāmationi arcēdæ fit idonea, modicūq̄ discutit.

βέτονικη

CESTRON psychotrophon vocatur, qđ in frigidis locis iueniatur. Latini betonicā appellant. herba est caulē ferēs tenuē, cubiti altitudine, aur maiorē, quadratū, folia quereus mollia, longa, in ambitu diuisa, odorata, ppe radicem maiora, i summis caulibus, semē veluti satyreæ spicatū inest. Aeg. Betonica herba est ramulis exilibus, pulegio similibus, sed tenuioribus, & prope modum si gustes, nullam qualitātē referētibus. Nascitur potissimum locis petrosis, qua & in renū medicinis vtuntur. Est autē apud Romanos alia quæ



dam betonica dicta, quam Dioscorides nominat cestron, alii vero psychorrophon eo quod frigidis locis gaudeat, nihil simile cum praedicta habet, praeter actionem. Urinam ciet, & aliis multis benefacit, potissimumque radix ipsius cum hydromelite pota vomitionem mouet, folia aluum subducunt.

**BETULA** Gallica est arbor, folio σμηλε  
 fagino, paulo angustiori, cortice versicolore, materie laevi, non nisi ad baculos utili, mirabili candore atque tenuitate, terribilis magistratuū virgis, eadem circulis flexibilis, ite corbiū sportis & ligaturis utilis, scopisq. Bitumen ex ea Galliae excoquunt. gaudet frigidis. Scutis ite faciundis apta quod plaga contra hit se protinus, clauditque suum vulnus & ob id contumacius transmittit ferrū. vsus eius iter medicus adhuc nullus est.

**BLATTARIA** adeo filis verba \*  
 seculo est, ut saepe fallat pro ea capta, foliis minus candidis, cauliculis pluribus, floribus luteo. Haec abiecta blattas in se contrahit ideoque Romae blattariam vocat. Plini.

**BLITVM** estur oleris modo alio βλιτου λαιμεν  
 non utile est, nullius in medicina vsus.

# P L A N T A R V M

vel Ia, **Aeg. Hum. frig. 2.**  
 mer. ia. **\* B O L E T** Ifungorum generis sunt  
 reliquis minus nocentes, qualitatibus ex  
 peres: si probe coquantur, secus peri-  
 culi occasionem præbent: Amanitæ di-  
 sti secundum ab his ordinem obtinēt.  
 Aliis fungis abstinendum, pleriq; siquid-  
 em ipsorum letales. **Aeg.**

**Βιτρυς.** **B O T R Y S** fruticosa herba est, lu-  
 tea tota, & in multas alas sparsa. Semē  
 circa totos ramulos provenit: folia cū  
 chorio similia tota suavem odorem  
 spirat, quare vestimentis interponitur.  
 inuenitur in torretium ripis, & cōuallis  
 bus. Potat: orthopneas mulcet. Hanc  
 Cappadoces ambrosiam vocant, alii  
 artemisiā. (Idē apud Aeg. nec plura.)

**κράμβη**  
**Corūb.**  
**Canas-**  
**bi.** **B R A S S I C A** quæ edēdo est sic-  
 cat, & manducata, & a foris imposita,  
 non tamen acré conspicue vim ostēdit,  
 eoque vulnera glutinat, & dolosa ma-  
 ligna q; ulcera, ac tumores solui contu-  
 maces persanat. habet & iam non nihil  
 absterforiū, quo lepras exterit. Semē  
 ipsius potum lumbricos occidit, præ-  
 sertim Aegyptiæ. Caulium crematorū  
 cinis adurente vi constat, cum adipe lōi

gis lateræ doloribus utilis. Aegineta.

Marina BRASSICA a sativa κρεμβη  
καλασθ  
σι'α.  
 prorsus abhorret: quod folia ferat rotunda aristolochiæ, prælonga: tenuia. singula a ramulis rubentibus exeunt. singulari vt hedera. pediculo. albo succo prædita est, sed paucò, (alio gustu, & aliquantum amaro, pingui concretu. Herba in totum stomacho inimica, acris vehementissime aluum ciet: in cibo cocta. coquitur propter acrimoniã cum pingui carne. Aeg. Sublaxa leuis & crep̃ amara aluum soluit.

Sylvestris BRASSICA, maritimis præruptisq; locis, magna ex parte gignitur: sativæ similis, sed candidior, hirsutiorq; amara, cuius cyma in lixiua cocta orl. non insuavis. Folia illitu vulnera conglutinant: & inflammationes tumoresq; discutunt. Aeg. Satiua in omnibus validior est, vnde nec intra corpus citra noxam sumitur.

BRITANICA aut vetonica, folia habet sylvestris lapathi: sed nigriora, & densiora, gustu astringentia, radice tenuem & breuem, caulem paruum emittit. Folis exprimitur succus, qui

PLANTARVM

igni aut sole cogitur. Aegi. Astringit  
& cōglutinat, succus ipſius putredines  
os infeſtantes perſanat.

βουγλωσ. B V G L O S S V M naſcitur in cā  
σες peſtribus, & ſabuloſis Iulio menſe col  
Liſen al ligiſ, verbaſco ſimile eſt, folium in ter  
thaur. ra ſparſum, nigrius aſperum, bubulas  
imitans linguas. Aeg. In vinum deies  
ctum, animi voluptates auget. Humis  
dum calidumq; temperamento eſt.

\*βουλακ. B V L A P A T H V M a reliquis ra  
πακού. dicis tātum altitudine differt, efficacis  
erga diſentericos effectus, ſi biberint  
ex vino.

\*βουλβι. B V L B I N A foliis eſt porraceis,  
σν flore violæ purpureo, ſiue ferrugineo  
in ſpicis, nigro ſemine foris, rubicun  
do radicis bulbo, itus candido, ſquāis  
carente. Bulbinas Diphilus tradit me  
liorem bulbis creare ſuccū, non tñ ita  
gratas vtile q; ſtomacho, qđ dulce cētē  
in ſe quandam craſſitiem contineant.

βουλβος. Eſculētus B V L B V S vulgo cogni  
ε' δ' α' δ' ι, tus, a nobis eſt. ſt omacho & aluo vti  
μος lis rufus, qui & ex Aphrica deſertur.  
amarus vero & ſcillinus, ſtomacho ap  
tior eſt, & concoctionem adiuuat.

**BVLBVS** quem vomitorium vo-  
cant, folia habet lentiora multo & lon-  
giora quā bulbus esculentus: radicē si-  
milē, cortice nigro. Ea radix māsa, aut  
decoctū eius potū, vesicæ malis mede-  
tur. vomitiōes mouet. Aeg. Multo ca-  
lidiorē vim quā esculentus reſentat.

βολβός  
ιμασικός

**BVNIVM** caulē emittit quadrā-  
gulum, (alias additur procerum, digiti  
crassitudine) & in eo foliosos ramulos  
tenuēs, prætenuibus foliis & floscu-  
lis scatētes, lōgitudine digitali: folia p-  
pter radicem: apio similia, sed multo  
tenuiora, & quæ modo quōdam folia  
tribuli (alias coriandri) imitentur, flos-  
res anethi: semen odoratū, minus hyo-  
scyamo. Alibi sic describitur: Pseudo-  
bunion palmi altitudine fruticat i Cre-  
ta, folia ramulosq; napi ferens, acri gu-  
stu. Aeg. Bunion, quod alii arctium ap-  
pellant: calidum est, urinæ & mensibus  
educendis accommodatū. Huic re-  
spondetur & pseudobunium.

βούνικη

**BYPHTHALMON**, qdā cachlā vocāt  
tenuēs emittit cauliculos, mollesq; fo-  
lia foeniculi: luteū florē, āthemide ma-  
iorē, oculi similitudine, vñ nomē traxit.

βούφθαλ  
μον.  
Βιχαρ

PLANTARVM

circa oppida nascitur, & in campestribus. Aeg. Acriorem anthemide florē gerit: ideo & discutientem, adeo vt ce rato mixtum duritias remolliat.

βλουπλε  
υρον

B V P L E V R V M olus ē sponte na scens, caule cubitali, foliis multis lon gisq; muscario anethi. Laudatur in ci bis Hippocrati, & Nicandro in medici na. Semen, contra serpentes valer, item radix in vino, ampliusq; urinae ciūdā. folia ad secundas foeminarum vel suc cum ex vino linūt, & strumis cum sa le & vino.

\*βουτο  
μος

B V T O M V S frutex est palustris, caule, in offensissimo: peculiari quodā lauore, folio arundinis, angulari, fru ctu nigro, mali magnitudine, fidā pro ximum: sexu duplici mas, foecundus, foemina vitilium ad nexus utilis: pars ab radice tenera manditur, puerorum cibo grata, vbiq; fere in paludib. nasci tur: quanquā humore & terra gaudeat. in Orchemenico lacu plurimus. Demo critus ei folia irinis proxima tribuit, ex vna radice nō singulatim: sed vt fru tices scaturientia: quibus boues iucun de vescantur, vnde nomen ei datum.

**B V S E L I N V M** differt breuitate & βολ  
 re caulis a satiuo apio. & radice. colo. σέλινον  
 re-ruso, peculiare contra serpentes po  
 tum & litum.

**B V X V S** arbor nota est, eius gra  
 num carthago vocant. Nullum in me  
 dicina vsum præbet, folio tantū cū ma  
 xerici scobina, & lixiuio capillū rufæ.

**C**

**C A C A L I A**, quæ leontice vocatur, fo  
 lia fert magna, alba, e quibus me  
 dius caulis emicat, rectus, albus  
 flore conferens robori aut oleæ similē.  
 nascitur in montibus. Grana quæ post  
 excussum florem innascantur, trita &  
 cum cerato illita faciem erugant, & cu  
 sem extendunt. Aeg. Viribus & vfu cū  
 cancano conuenit. Cancani autem ra  
 dix modice siccat, & sine morfu illito  
 eobus accommodata, cū vino subacta  
 linctas, arteria scabriciem iuuat.

**C A C T V S** elicitara, sive carduus  
 militis

**C A L A M V S** odoratus. in India  
 nascitur. melior est fuluus, dense geni  
 sulatus, & qui assulpsè frangitur, ple  
 raque æmulum. figura albicans, leuius

PLANTARVM

**Asafel** in maridēdo, & astringēs, accū aliquāta  
 uerrite. acrimonia amarus. Aeg. Cal. sic. 2. iest  
 ei quippiā suberle, & astringens. Vrinā  
 ciet. Stomachicis, tum quæ utero & ro  
 cinori faciunt medicinis temperatur.

\* **CALATHIANA** munus autē  
 tūm, violæ cæteræ veris. ea minuto ē  
 folio, violæ albæ non dissimili, in totū  
 sine odore, calathi similitudine: autē  
 no tantū proueniens, et ita coloris pal  
 chritadine, ut coraleum ipsum, quod  
 imitatur, prouocet in præis post æsta  
 te emicat, ac utinālē violæ noianō. Plin.

**CALCIFRAGA** empetrū ē

\* **CALTHA** proxima calathianæ  
 est, cū colorī ampliū dīne, vincit nūero  
 foliorū maritū quæ folia nō excedēt.  
 Eadē odore supatur. ē enim grauis cal  
 etha, nō leuior ei quā scopā regiā vocat  
 quæ folia eius oleāt. Verg. calthā iudeo  
 lo cecinit. color tūm: nec Pl. ab eo dif  
 sentit. Adinc & calthula vestis genus dī.

καλαμύ  
 εν

**EXCALAMINTH** A genē  
 būs quædam mōcibus famēta ris, foliō  
 cimi habens incana, furculos aridos, &  
 caules angulosos, purpureū florē. Ab  
 sara pulgrio similis est, sed maior, quā



Sylueſtre pulegiū ideo appellatur: quod odore ipſum æmuleſ. nepetā Latinō citant. Tertia menthaſtra cognata eſt, foliis oblōgioribus, caule & ramis maioribus quā ſuperioris, ſed viribus inefficacior. oīum folia guſtu ipenſe feruentia & acra, radix ſupvacua, naſcit in cāpeſtribus, aſpis & aquoſis. A egi. cal. fic. 3. Tenuis & acris eſt mētha longe valētiſſior. Siqdem eſt veluti ſylueſtris mentha E' p̄fundo attrahit, ſudores mouet totū corpus digerit. Rigores febriliū q̄ circuitu remeāt finit. extrinſecus cum oleo infricata ſtrenue. Coxarum dolores ſoluit, vitioſos humores in cutem erumpentes abſtergit.

CANARIA humilis eſt herbula foliis tritici, multo minorib. calamiſ tenui, geniculi pyxidatim cohærentib. articuloꝝ internodiis modo tibiarum ſe iſarctis, q̄ tracta ſuis e vaginulis exerunt, euanida ſpicæ loco panicula, ita vt folio & culmo triticū, cacumie arūdinē æmuleſ. Hāc iuenerūt canes q̄ faſſidiū deducār, eāq̄ in nō cōſpectu mādunt, ſed ita, ſicut eſt Plini author, vt nunquā intelligatur quæ ſit: etenim de

\*xv/10↓

## P L A N T A R V M

passa cernitur. Notata est animalis habitus malignitas in alia herba maior. Percussus enim a serpente mederi quadam sibi dicitur, sed illam homine inspectam non decerpit.

καρυκα  
μυρ  
Sac.  
Lacca.

**C A N C A M V M** Arabici ligni lachryma est, myrrhæ quodammodo similis, virosi gustus, quam ad suffimenta usurpant. Vestes eo ex styrace & myrrha suffiuntur. Aeg. Odoris est grati, vis eius obesos extenuare, abstergere, & aperire obstructa.

καρυκαβίς  
Scehes  
denegi.

**C A N A B I S** sativa planta magni in vita usus ad robustissimas funes factitanda, foliis fraxini, graui odore caulibus proceris, manibus & semine rotundo. Aeg. Semen flatu discutit, adeoque siccat ut largiore cibo genituram extinguat. Succus ex ea recente, conuenienter aurium doloribus instillatur. Syluestris cannabinis virgas fert althææ similes, minores, nigriores, & asperiores, cubiti altitudinem æquantes, folio sativæ, nigriores & asperiores, flore lychnidis, sub rubro, semine & radice althææ. decocta radix, illitu inflammationes mulcet, tumores discutit, tofos articularum disc-

spat. huius cortex torquendis funib. ac commodatus.

CANOPON sambuci flos est.

CANTABRICA in Hispania inuenta est, per Diui Augusti tēpora a Cantabris reperta Nascitur vbiq, caule iunceo, pedali, in quo sunt flosculo oblongi velut calathi, in iis semē persquam minutum. Cantabriā Hispaniæ regionem hodie Biscalam vocāt. Eius radicis drachma ī vini hemina sæpius bibenda contra serpentium morsus.

CAPHURA arbor in India tāta magnitudine visitur, vt sub eius vmbra hominum centuriæ condi possint. Nascitur in montibus inibi mari vicinis, materiæ leui ferulacea, quæ gūmē aut lachrymam fundit, eiusdē quo arbor nominis. Ex hac caphurelatum fit, quo verum mētiri balsamum audent. Caphuræ multa genera, vnum impurius in interueniis ligni modo lamellarū impactū figitur, aliud foras emergit, & arboris corticibus hæret, maculis inter initia rubētibus, postmodum vel calore solis extortum, vel ignium, vi candescit, Riachinam indigenæ vocant.

## P L A N T A R V M

cant. cæteris bonitate & tenuitate præ  
 fiat lōgioriꝝ durat tēpore, nā & atra &  
 fusca reperiūtur . Rudis est, nullā vim  
 ignis expta, elaborata vero, quæ ignisū  
 ardore albū contraxit colorē, in lami-  
 nas pellucētes digesta . Caphura frig.  
 sic. 3 . Capitis ex calore dolores, & i cā  
 descentes iſlāmationes reſtinguit, præ-  
 fertim quæ iecur male habeant . Renes  
 & ſeminaria vaſcula refrigerat, ſangu-  
 nēꝝ cogit . Addunt aliqui ſomnū concē-  
 liare, ſed cauendus eius nimius vſus,  
 quoniā peruigilia tandē adferet . Sāgui-  
 nem naribus pfluētē ſiſtere cū ſucco  
 vuz acerbæ i poſitam ventrem ſuppri-  
 mere . Canitrem crebri o vſu accelerare  
 & grotationes parere frigidas .

κεννός .  
 Scchite  
 rig .

F V M A R I A fruticoſa herbula  
 eſt, prætenera, coriandri ſimilis , foliis  
 cādidiorih. vndiqꝝ numeroſis, cineracei  
 coloris flore purpureo . A eg . Fumaria  
 inde nomē ſortita eſt, qđ ſuccus ipſius  
 copioſas lachrymas eliciat, etenim o-  
 culorū facit claritatem . Acris amaraqꝝ  
 eſt, vnde vrinas bilioſas liberaliter puo-  
 cat, iocinoris obſtrictiōi lāguoriꝝ me-  
 dicæ, ſtomachū cōfirmat & aluū emollit .

**CAPNOS** alia Plinio describitur  
 quā pedes gallinaceos vocant, nascēs  
 in parietinis & sepibus ramis tenuissimis  
 sparsisq; flore purpureo, viridis,  
 succo caliginem discutit, itaq; in medi-  
 camenta oculorum additur. Similis &  
 nomine & effectu alteri iam dictæ.

**CAPPARIS aculeatus** frutex  
 est, qui in terra stratus, magis in orbem  
 euagatur. spinas, vt rubus, habet, in has  
 tibi modū aduncas. folia mali cotoneæ  
 rotūda. fructū oleæ similem. qui cū de-  
 hiscens panditur, florem candidū pro-  
 mit, quo excusso, nū nihil glādis oblōs  
 gæ figura inuenitur, quod apertum gra-  
 na acinis puniceorum similia ostendit,  
 parua, rubicūda. radices lignosas spara-  
 git, grandes numerosasq;. Tenui solo,  
 asperisq; locis, in insulis & iuxta rudes  
 ra nascitur. caulis & fructus, cibi gra-  
 tia condiuntur. Aegineta, Radix ex-  
 tergit, probe purgat, incidit, discutitq;  
 tum amaritudine, tū acrimonia, acera-  
 hitate vero conerahit, stringit, & dēfat.  
 Lienes induratos pota & extrinsecus  
 imposita iuuat, menses promouet, pi-  
 tuitā p̄ os educit, maligna vlcera sanat.

κατ. πικρ  
 σίς.

# PLANTARVM

dentium dolores sopit, tumores digerit, & vitilignes, quas alphas dicunt, atrium vermes enecat. folia autem & fructus similem quidem, sed imbecilliorum vim possident.

καρδωμ

**CAPSICON** Arabici cardamomi genus videtur, recentioribus Graecis appellatum quod semina in ordinem digesta, quibusdam thecis inuolutibus congeratur ceu capsis. A fluuiis, Distendentes spiritus discutit, cruditates concoquit.

καρδωμ  
μομυ

**GARDAMOMVM** optimū est, quod ex Comagene, Armenia, Bosphoroq; deuehit in India quoq; & Arabia prouenit. Eligi debet plenum, frangi contumax, oclusum, fraftumq; quod enim huiusmodi non est, exoletū iudicatur, & gustu acre, sub amarum, & odore caput tentans, Gardamomū frutex est amomo non dissimilis, odoratus, oblongo semine & anguloso. Quatuor eius fastigia: viridissimum ac pingue, acutis angulis, contumax frangi, quod maxime laudatur. Proximū est rufo candicans. Tertium breuius atque nigrius. Degenerat varium, & fragibile, odorisq;

odorisq̄ angusti, quod verius est vicini  
us esse costo debet. Aeg. Acre quidem  
& ipsum est, verum nasturtio inualidi-  
us. Compos est etiam nonnullius ama-  
ritudinis, qua lūbricos interimit, & sca-  
biem cum aceto exterit.

**CARDAMOMVM** aliud ho-  
die Mauritanis proditum habemus du-  
plici differentia. Malus alabastris rosæ  
corriceis tradunt, in quibus semina len-  
tis magnitudine, angulosa, pinguis,  
odorata, suo mordaci gustu linguam  
vellicantia. Minus inuolucris semini  
minoribus & filiquulis, candida intus  
carne, minore odoris fragrantia, granu-  
lis obnigri ciceris amplitudine. Frutex  
ipse cubitalis est, caule quadrangulo,  
leniter striato prodeuntibus, genicula-  
tim & surculis & frondibus, hortēsi so-  
lano non dissimilib. flore luteo, depen-  
dent ab alarum sinu alabastris rosarum  
crassiore pediculo, in mucronem sens-  
sim turbinati, per initia virentes, matu-  
ri quam ruberrimi, vetustate punicei.  
cute læui relucente, quæ semina inclu-  
dit candida, in vuz modum conuolu-  
ta, lenti similia, ea per se vel cum val-

PLANTARVM

uulis gustata igneum feruorem repræ-  
sentant, vtriūq; calfacit, roborat, discu-  
cit, extenuat. Sacolla apud Arabes ma-  
ius, hilibane minus.

σκέλυς  
με  
Raxos.

CAMDVVS, Græci scolymon  
vocāt, folia chamaeleonis habet, aut cal-  
bæ spinæ, nigriora, & crassiora. caulem  
longū ædit foliosum, capite spinoso,  
radicē nigra & crassa. quæ illita, graue  
orientiā alax: toriū q; corporis emēdat.  
itē si decocta in vino bibat, copiosam  
autem vrinam foetidamq; expellit. her-  
ba cum recens tenerescit, in olera, aspa-  
ragi modo, transit Aeg. Cal. sic. 2. Re-  
liqua sunt eadem Dio: coridi.

καρπασ  
σ04  
\*καρπιν  
σ104

CARPASI succus soporem epo-  
tus, citamq; strangulationem adducit.  
Aduuantur autem, qui hauserunt, epo-  
te cicutz remedii. Dio: co.

CARPESIVM odoratum est  
tenue, vlcera obstructionibus liberat,  
vrinas mouet, & renes calculo laborā-  
tes purgat. Aeg.

CARPINVS tractabilis est, ap-  
taq; iugis, vnde Græcis ζυγίαυ appella-  
re libuit. Hanc aliqui aceris generibus  
ascribunt, separant alii. In mōtib; na



scitur, flava crispaeque materiae. Et ipsa & acer amplae sunt, platano in findendo firmiles, sed carpinus est gracilior, macilentiorque, longior atque mollior, venis in longitudinem fluctuantibus, vnde sa, fissilis segmentis omnibus in acutum compressis, minus tamen quam pro magnitudinis ratione nervis exundat. Auctu facillima, paulo ante æquinoctium germinat, post messem & arcturum caditur. Durissima eius materies spissaque. Itaque postquam terebrium experiat, macerant, quo facilius mollescens perforari queat, lectis & sumptuosioribus fabricis iugiter nascens. Nullum eius in medicamentis usum legi.

**C A R V M** semen est vulgare no- καρπε  
 titæ. radix costæ, passinacæ modo, mā Carui.  
 dicitur. Aegi. Cari semen calcfacit, sic-  
 cat 3. fere gradu, flatu digerit, urinam  
 mouet, idque non semen duntaxat, sed  
 etiam tota planta.

**C A R Y O P H Y L L O N** frutex: i καρυό  
 oriète nascitur sambuci forma, semine φυλλο  
 granopiperis grandiori fragiliorique, ex  
 atro rufescete, i clavi modum capitato.

## P L A N T A R V M

Sunt qui repræsentēt buxi caudice, lam-  
 ri folio, sed rotundiore. Aeg. Non cam  
 habet naturam quæ nomine prætendi-  
 tur, sed ex India veluti flores cuiusdam  
 arboris festucacei & nigri sunt, longitu-  
 dine fere pollicis, odorati, acres suba-  
 mari. Cal sic. 3. fere gradu (vel vt A. C. i  
 us. 2.) Multus eorum erūpit vsus, nō  
 ad obsonia modo, sed ad multa quoq;  
 medicamenta. (Sic enim legit Ruel.  
 Græca autem æditio habet, ἀτολύχην  
 καὶ ἐστὶ ἐγὼ ψη τε καὶ ἑτέροις φαιμάκοις.

κασιὰ

**C A S S I A**, cuius cōplura sunt ge-  
 nera iuxta odoriferam Arabiam gigni-  
 tur, crassi corticis sarmento, foliis pipe-  
 ris: eligenda est fu' uescens, pulchri co-  
 loris, coralii æmula, perquam angusta  
 longa, crassa, & fistulosa, gustu mordēs  
 & cum aliquanto feruore astringens,  
 aromatica, vinoso odore, cuiusmodi  
 est quæ ab incolis, achi appellatur, ab  
 Alexandria negotiatorib. daphnytis.  
 Huic præfertur crassa, purpurea, & ni-  
 gricans, Zigir cognomine, quæ rosam  
 odore imitatur, præcipui in medicina  
 vsus. Secundū locum tenet antedicta.  
 Tertia, cui Museletico blasto, id est,

getmini cognomen est. Reliquæ viles,  
 & quæ aphernum dicitur, nigra, in sua  
 bis cortice tenui, ac rimoso, & quæ dar  
 ea & citto vocitatur barbâro nomine.  
 Similior huic est, pseudocasia, quæ ut  
 explicari possit. quæ gustu coarctatur,  
 cum nec acris, nec odrata sit, hæreticæ  
 medullæ corticem habeat. Inuenitur  
 etiam lata quædam fistula, mollis, læ  
 uis, surculosa. quæ antedictæ præfertur.  
 Dânatur cãdicans, scabra, hircinum vi  
 rus redolens, & quæ tenui fistula ea sca  
 bra cute sit. Aeg. Cal. sic. 3. fere absces  
 su, tenuis abûde, acris & modice astrin  
 gens. icidit igitur simul & discutit, ro  
 burq; instrumentis adicit, postremo &  
 menses euocat.

**C A S I A** fistularis seu nigra recē. \* κασσι  
 cioribus Græcis appellatur, quibusdã σικ  
 Indica canna, arbor magna, iuglandis συγγυα  
 folio, fistulis prælongis ac teretibus, ἄνθ.  
 utrinq; fastigiatis, colore rubro nigricã Βιαρξά  
 ribus, dum fere pedum proceritate, ni ber.  
 gra inxus carne, gustu prædulci, ossibus  
 filiquarum, lignets distingnetibus mē  
 branis. Partim i India, partim in Aegyo  
 pto nascitur, iam Afrix cõmunis facta.

## FLANTARVM

Diligere oportet ponderosam, colluscentem, perplenam, quam si concusseris, inclusa intus grana non obstrepant Cal. humi. 1. flauam bilem per aluum detrahit. intemperati iocineris calores ea refrigerantur. prodest eis, qui per naturam pallore decolorantur, anginis, laterum doloribus, & pulmonariis.

CASSAMVM aliqui fructum balsami interpretantur. Aeg.

CASTANEA. vide Glandes Sardiæ.

κασσ  
σύτας.  
Chas  
suth.

CASSUTA Græcis recentiorib. Plinio Syriaca voce cassytas dicta videtur, herbosis fruticibus, circumuoluitur, opere topiario per vertices rotata, proxima quæque veluti clauiculis implicat sine radice, foliis vidua, flore albo, semine scatens tenui, cirris purpureis. Cal. 1. ficcat. 2. Subamara est intestavino, tenuentia causa traditur. abstergit, substringit, roborat. iecoris & lienis impedimenta laxat. flauam bilem per aluum exigit.

καστα  
ννα.

EX eo genere vna, folia coronopi hêt, longa, radicem iunci modo præuenem, capitula sena, septenaue, in quibus crudi

femen inest. Arescēs in terrā flectitur,  
 & se cōtrahit ad speciē vnguium milui  
 exanimati. Altera mali paruz magni-  
 tudinē explet, radice exiguz oliuz ma-  
 gnitudine, foliis quoq; oliuz colore, &  
 figura, mollibus, diuisis, humi iclina:is  
 semē, vt cicer, minuti, ī virgulis depen-  
 det, punicei coloris, multis foraminib;  
 bus ptusū. Vtrāq; narrāt ī amatoria ex-  
 peti. Thessalice m̄ieres hisvti tradūt.

**CAVCALIS**, quam alii sylues-  
 tre daucum vocant, cauliculo est do-  
 drantali, aut maiore, subhirsuto, foliis *narvitas*  
 apio similibus, fœniculi modo per ex- *ms.*  
 trema multifidis, hispidisq; cādida in  
 cacumine vmbella, suauiter olente.  
 Crudum coctūue olus estur. vrinā mo-  
 uet. Aegineta, Dauci modo calefacit,  
 siccā vrinā mouet, repositaq; cōditur.

**CEDRVS** arbor magna est, ex *vt d' p'os*  
 qua picē colligūt, quæ cedria vocatur.  
 iuniperi modo baccas pari, baccarum *Scerbi.*  
 myrti magnitudine, rotundas. Cedria  
 optima est crassa, plucida, grauis odor-  
 risq; dū effūdīt gustati nō dissipata coit  
 Cui ea vis uest vt defuncta corpora cō-  
 seruet, & viuētia corrumpat. qua ex

PLANTARVM

causa mortuorum vitam aliqui appel-  
lanere. vestimenta quoq; & pelles, ex  
mia calcificandi dote, corrumpit. Fit &  
oleū, a cedria separatum, dum coqui-  
tur, velleribus supra habitum eius ex-  
panfis, vt in pice. Eiusdem admonia vsus.  
Cedrides cedri fructus vocantur.  
Aeg. Cedrus & frutex iunipero similis  
& arbor est, ambo Cal. sic. 3. Confectū  
ex eis oleum, quod cedram, seu liquo-  
rem cedrinum appellant, etiam quatuor-  
tum ordinem attingit, subtilis admo-  
dum substantiæ, hinc teneras carnes ex-  
pedite, & citra dolorem exedit, duras  
autem præsertimq; demortuas siccatur,  
& a putredine asserit, pediculos, pul-  
ices, ascaridas, & aurium vermes inter-  
ficat, aliaq; plura facit.

κεδρις  
δεις.

κέλαστρος

GELASTRVS æterna coma  
frondet, in planis exilit, in ibiq; omniū  
tardissime suos dicit fructus. Horret  
cultum, quem si quando pariat, dege-  
nerat. Summis gelidissimisque gaudet  
locis. Vsus eius ad baculos & scipio-  
nes. Theoph.

κενταύριον  
ον με γου.

CENTAVRIVM magnū for-  
lia habet iuglandis, obtōga, viridi bras-

Scarum colore ferrata in ambitu, caulis  
lem, ceu rumicis, binum aut ternum quo-  
bitorum, multis ab radice adnatis, in quibus  
capita, ceu papaverum, in rotunditate  
oblonga, flos coruleus, semen nigro  
simile, ceu laneis floccis quibusdam  
inuolutum, radix crassa grauis, solida,  
tripedalis, succo pregnans, cum astrictione  
aliqua & dulcedine acris & rufes-  
cens. Amat solum pingue & apricum  
ac syluas & colles. copiosissima est in  
Lycia & Peloponneso in Arcadia, Hel-  
de & Messenia, pluribusque locis circa  
Pholoen, Lyciam & Smyrnem.

CENTAVRIVM, limnesion  
aliqui vocare, quoniam rigua amet loca.  
herba origani aut hyperici similis,  
caule anguloso, palmum excedente, flore  
lychnidis, e punice in purpuram ver-  
gente, foliis rutz, praelongis & paruis  
fructu tritico simili, radice pusilla, le-  
ui, & superuacua, quae gustanti amaritudinem  
adfert. Aegineta, Centaurii  
maioris radix acris, calida, & terreae  
astrictionis compos est. Menses itaque  
promouet, fetus corrumpit, mortuos  
eiicit, vulnera glutinat, sanguinem spuere

κενταύριον  
επιουριον  
κενταύριον

# PLANTARUM

eibus & reliq̄s pectoris viriis p̄sens est  
remediū. Minoris cętaurii radix ineffi-  
cax est, coliculivalide & ciera morsum  
siccant, vnde nō solū ad quæ maius cę-  
taurium valet, sed etiam coxendice la-  
borantibus ipsius decoctum inferius  
iniec̄tum biliosa vacuat, nonnunquam  
& cruenta, mirumq̄ in modum iuuat.

καρμυνη  
οφ

**C E P A** longa acrior est quā rotūda  
item flaua q̄ candida, & sicca q̄ viridis,  
& cruda quam cocta, aut sale condita.  
Aegi. Cal. 4. Substantię crassioris est,  
quamobrem hæmorrhoidas appositus  
aperit, abstergit, vitiligines, alphas di-  
ctas, cum aceto exterit. defluos capil-  
los ocyus alcyonio restituit. Succus  
oculis suffusus, aut crassi humoris v̄-  
tio hebetibus auxiliatur.

καρπυνη

**C E P A E A** portulacę similis est,  
sed nigriora habet folia, & radicem te-  
nuē. Aegi. Folia ipsius cōtra vesicę scā-  
bię vtiliter bibuntur. Radix cum aspa-  
rago myacantho pota vrinę stillicidia,  
q̄ oppleto vrinario meatu sūt, abigit.

καρπυνη  
Sarsie.

**C E R A S I A** dulcia quidem citius  
dilabuntur, austero stomacho vtilio-  
ra sunt; acida vero ob suam incidendi



Vim pituitosis excrementosisq; stoma-  
 chis profunt. Gummi vero cerasi arbo-  
 ris, faucibus exasperatas leuigat, & cal-  
 culo laborantibus cum vino potū succo  
 currit. Age. (Chamæcerasum infra dis-  
 cemus.)

**GERINTHE** herba ppter apes  
 ferenda quibus est gratissima, folio cā-  
 dido, incuruo, cubitalis, capite conca-  
 uo mellis succum habente. Hanc Vir-  
 gilius ignobile appellauit gramen.

\* xij. p. 10  
 604.

**GERRVS** ægilops, quercus spes-  
 cies est populo similis, caudice recto,  
 excelso læui, & per longitudinē robu-  
 sissimo, materie alioqui improba, nec  
 nisi ærariorum officinis carbone dona-  
 ta. Quod enim cessante flatu statim ex-  
 tinguitur illius compendio est, nec nisi  
 paucis absumitur, sic tamen plurimis  
 scintillis diffiliēs. Glans illi tristis, hor-  
 rida, echinato calyce castaneæ modo,  
 itaq; a nullo præterquam a sue mandu-  
 catur, nec nisi aliorum inopia, cum alio-  
 qui solidam duramq; gignat carnē. qre  
 suē cerrea glans diffusā qdē sed grauē  
 facit. E glādis feris vna fert panos arētes  
 muscosos villos, canos, n̄ i cortice mō, ve-

\* xij. p. 10  
 604.

PLANTARVM

tum & e ramis dependentes, cubitali  
 magnitudine, odoratos, sphagnon siue  
 splachnon siue phascon appellant, itē  
 bryon nostri penem, Syriuuam dāmo-  
 num Eadem fere omnia Theophrastus  
 Macedonicæ cerro, quā asprida nomi-  
 nat, tribuit, quæ ægilopi cerro Plinius  
 ascribēda existimat. Cerri folia, & cor-  
 tex & glans siccant collectiones, fluxio-  
 nes fiunt Torpentes membrorū par-  
 tes corroborat decoctū eius fottu, cut  
 & infidere expedit siccandis astringens  
 di sue partibus. Radix aduersatur scorp-  
 pionibus.

ασπριδα

\* χαμαει-  
 βατος.

CHAMAEBATVS, humi  
 sparsus est rubus, radices qua tellurem  
 tangit agens, vbi nihil est prope quod  
 vncis aculeis subeat.

χαμαει-  
 νις βατος

CHAMAECERASVS pumila  
 est, in Bythynorum agro frequens, radi-  
 ce parua, nec arbor est, nec arbusculis  
 cerasorū impar, baccis cætera omnia  
 consimilibus. Copiose vescētib, caput  
 viui modo grauant. Sed hæc, vt Athe-  
 næus refert, de memæcylis intelligi  
 possunt. Nam ex his, id est, arbuti baccis,  
 si quisquam plus septem esitarit, ca-

put eius dolore tentabitur.

CHAMAECYPARISVS \* χαμαίσις  
κνυπάρσις  
herba ex vino pota contra venena ser-  
pentium omnium, scorpionūq; pollet.

CAMAECISSOS, folio est  
hederæ, tenuiore, longiusculo, ramulis  
a radice quinis senisue, dodrantalibus  
foliosis, flore violæ albæ simili, candi-  
diore, ac tenuiore, gustu supra modū  
amaro. radice tenui, candida, inutili na-  
scitur in cultis Aeg. Flos iecorū mea-  
tus adaperit, item contra coxendicum  
dolores exhibetur.

CHAMAEDAPHNE virgas χαμαιδάψνη  
emittit cubitales singulari ramulo cō-  
stantes, rectas, tenues, læves, folia lau-  
ri similitudine, læuora multo, ac viri-  
diora, sem en rotundum, rubens, anne-  
xum foliis. Aeg. Consimilem laureo  
læ seu daphnoidi, & Alexandrinæ lau-  
ro vim habet.

CHAMAEDRYS, quære Trifago.

CHAMAEDROPS, quidā, & χαμαίδροψ  
hanc chamædryn, alii teucrion vocant, δρυς  
viribus chamædri respondet. Aegi.

CHAMAEPITYS. q̄re Aiuga. χαμαιπέτης

CAMAELION albus, ixiā ideo αυλεως

PLANTARUM

aliquibus vocatur, quod quibusdam in locis viscum circa radicē eius inueniatur, quo pro mastiche vtuntur mulieres, folia habet silybe aut carduo similia, asperiora, acutiora, nigri oq; chamæleone validiora. caule non promit, verū ex medio spinas, echini marini, aut cinare modo, erigit. flores purpureos, veluti paporū lanugines emittit, semē cnici simile, radicem in lætis collibus crassam, in montosis vero graciliore, in profundo albam, aliqua tenus aromaticam, graui odore dulcem.

χαμαιλέων  
ου μέλας

CHAMÆLEO niger, foliis scolyimo similis esset, nisi minora, tenuioraq; ac rubio distincta viderentur. caule emittit dodranalē, crassitudine digitali, subrubrū, & in umbella flores spinosos, tenuēs, hyacinthi æmulos, versicolores, radice crassa, nigra, densa, iterum exesa, quæ dissecta hauescit, & cōmanducata mordet. Prouenit in cāpessibus, siccis, & cliuosis tractib. & maritimis Quare chamæleo vocetur, a varietate foliorum euenit. mutant enim cum terra cora colorem, hic viridia, illic albicantia, aliubi cœrulea, nonnisi

rubra inueniuntur. Aegin. Nigri radix cal. sic. 3. propemodum ordine, abstergat, cutis labes exterit. duos tumores dissipat emollitq;. Phagedænica vlcera illitu per sanat. Si autem intra corpus sumatur, veneni loco est. Albi radix nigro proportione respondet, sed amarior est, quæ si cū vino austero istar acetabuli bibatur, latos venis lūbricos enecat, facit etiā ad aquam intercutē.

CHAMAELUCE lumborū doloribus propitia est, herba virens, i curuis foliis, surculisq;, flore rosaceo Aegi. Cal 3. sic. 1.

χαμαίμο  
λευκόν

CHAMAEMALŪ. vide Anthemis.

CHAMAEPYLATA NI sūt coactæ breuitatis pumilæ platani, qm̄ arbor etiam abortus inueniuntur.

χαμαίμο  
πλάτανος  
ριβ

CHAMAESYCEN aliqui sycen nominant. ramos emittit quaternum digitorum, teretes, succosos, in terram deiectos, folia lentis parua, peplum plane referētia, tenuia, quæ a terra non attollūtur, semine sub foliis rotundo, vt in peplo. neq; caulem, neque florē promit. radice firmatur tenui, sup uacanea. Aeg. Absterforia & acrifas

χαμαίμο  
συκη

# PLANTARVM

eultate pollet, quapropter & surculi ipsius & liquor myrmecias verrucasque abolent, crassas oculorum cicatrices cum melle abstergunt, hebetudini, & suffusioni incipienti medentur.

Хелідоніа  
Лілія

**CAMAELEA** surculosa fructicat, ramis dodrantalibus, folia oleæ similitudinem habent, tenuiora & amara, quæ gustata linguam mordent, & tertiam deradunt. Aeg. Absterforia facultate sordida ulcera, & crustas cum melle purgat.

Хелідоніа  
Лілія  
Лілія

**CHELIDONIUM** malus, caule est gracili, cubitali aut altiore, agnatis foliosis, foliis ranunculi, multis, mollioribus tamen, & colore caesiis, flore violæ albæ, secundum singula folia procedente. in eo succus croci, mordax, acris, & aliquatulum subamarus, grauior olens. radix superne singularis, inferne in multa crocea capillamenta fibretur. filiqua, ceu corniculati papaueris, tenuis, in metæ figuram longa, in qua semē papauere maius recluditur. Hoc nomen sibi videtur vendicasse, quæ aduentu hirundinum exoriatur, & discessu emarcescat. Sunt qui narrant, hirundines

omnes matres exca: is pullis, admota herba visum restituere.

χελιδον  
εμμησθη

**CHELIDONIUM** minus, quod eriticum sylvæstre aliqui nuncuparunt, herbula pediculis ab radice pendens, sine caule, foliis hederæ, multo rotundioribus & minoribus, teneris, & supinis quibus radices habet ex eodẽ callo complures, pusillas, in granorũ eritici modum aceruatim congestas. quartũ tres aut quatuor in longitudinem exeunt. Iuxta aquas & lacus nascitur. Aeg. Manus cal. 3. valentemq; abstergit, succus ipsius claritati oculorum utilis est: radix arquatos cũ vino & aniso pota, obstructione liberat, manducata dentium doloribus auxiliat. Minus cal. 4. acre adeo ut illitum cutem laceret. ungues scabros emendat. Succus per nares purgat.

**CHONDRI L L A**, quam aliqui cichorion, alii ferin appellane, caulẽ flores, & folia habet cichorio similia. quæ ex causa nonnulli sylvestris intubi speciem esse pronũciarunt, verum tenuior tota est. in cuius ramulis, gummi massiches simillimum, tuberculo fabæ intueniri solet. Aliud habet chondrilla ges

χονδριλλ  
λα

# PLANTARVM

nus, folium ferens oblongū circumrosum, humi sparsum, caulem succo madentem lacteo, radice tenui, rotunda, leui, uegeta, flauescente, succosa. cuius & caulis & folia concoquendi vim habent. succus incommodos palpebrarū pilos reflectit. Nascitur in latis & culctis. Aeg. Chondrilla intybi species sub amara gustu est, propterea etiā maiore siccandi vim quam illa obrinet.

χρυσα  
ειμω

**CHARYSANTHEMON** aut caltha, nonnullis buphthalmos, herba est tenera, fruticosa laeues, pferens caules, & multifida folia, flores supra modum splendentes, luteos, orbem oculi imitantes, vnde buphthalmi nomē traxit. ppter oppida nascitur. Cuius caules oleris vice manduntur. flores cū cerato tritistre omata discutere produntur. Regio morbo correpris colorem breui reddunt, si sequente longo balnei vsu, post exitum ebibantur. (Aeg. non reculit.)

χρυσοκό  
μυ.

**CHRYSOCOM** E palmi altitudine fruticat. coma specie corymbos, hyssopo simili. radice hirsuta, syeratri nigri modo, tenui, cyperum æquante,



gustu non iniucundo, ex austero dulci-  
 in petrosis opacisq; nascit' Aeg. Chrys-  
 ficis etiam dicitur. radix acri simul &  
 astringente vi existit, quare non multum  
 in medicina usus est quamquam perip-  
 neumonicis & iocinorosis in multo  
 elixa exhibearur, cæterum menses educit.

CHRYSOGONVM de se fru χρυσογονος.  
 ticat, quernis foliis, flore coronarii ver-  
 basci. radix ut rapum extuberat, vnius  
 ruberrima, foris nigra. Quæ tria cum  
 aceto, atque imposta, muris & anei  
 moribus auxiliatur.

CHRYSOLACHANVM \*χρυσολάχανου  
 Plinius ab atriplice discrevit, in pinetis  
 foliis lactucæ nasci tradens, lanare ner-  
 uos incisos, si confestim apponatur. Et  
 alibi genus chrysolachani tradit flore  
 aureo, foliis oleris. Costum estur ut  
 olus molle. Stranguriam dissolvit si  
 bibatur ex vino & aqua Aluum filit.

CYANICOLUS est in nomine, qui \*κυανικός  
 honorem nomenque dederit cœruleo.  
 Rosam cyanus excipit, cyanum amarā-  
 thus Plini.

CIGERAM non tam legumini- \*  
 bus Columella & pabuli generibus adnu-

## P I A N T A R V M

numerat, eamq; proximā sono graeco  
& medicæ tradens. Eadem hominibus  
non inuulgis, nec inuicunda est. Sapore  
certe nihilō differt a cicercula, colore  
tantum discernitur nam est obsoletior  
& nigro propior. Seritur primo vel al-  
tero sulco mense Ianuario, aut Februa-  
rio, Martioue, quibusdā tamen Italix  
locis ante calendas Nouembris. Lato  
loco & humido feri debet. Ea, vt volūt  
stercoratur ager.

**CIGERCULA** est minuti cice-  
ris inæqualis angulos habens veluti pi-  
sum. Ea multis in locis vtuntur, eiusq;  
cremorem phaselis præferunt in alen-  
do potentiorē.

**CICI**, lege Ricinus.

ἄρβος  
Chéps

**CICER** consuetum legumen flas-  
tus creat valentis materix, aluum fa-  
cilem reddit, vrinam mouet, lacti semē  
niq; generando accommodatum, idē mē-  
ses elicit. At crios appellatum, hoc est  
arietinū, aliis magis vrinæ ciendæ est,  
decoctum ipsius præsertim nigri, cal-  
culos quoq; in renibus conterit. Quod  
orobizū ab etno vocatur, calidius his  
est, & subamatū. Syluestria quouis mo-

do domesticis sunt validiora . Est autē sylvestre cicerfoliis satius simile, odore acris, sed semine discrepat . Aeg.

CYCLAMINVS folia habet hederæ, purpurea, varia, in quibus suscipit deorsum albicant maculæ, caule nudo, quaternos digitos æquante, floribus in eorum purpureis, rosarum effigie, radice nigra, & aliquantum lata, ut rapum videtur possit . Aeg. Cyclaminus varias vires habet, etenim extergit, incidit, aperit, attrahit, & dissipat. Succus ipsius hæmorrhoidas sedi admotus aperit, duritias cum aliis discutit . Cum melle suffusus proficit, per nares purgat, abdomini inunctus aluum subducit, fetus corrumpit. Radix autem tota succo quidem est imbecillior, sed & ipsa vehemens adeo est, ut cum mulla instar trium drachmarum pota, interanea expurget . Cutis etiam vitia extertit.

κυκλαμίνος Buchon marica

Est & altera CYCLAMINVS, quam cissanthemon aut cissophyllon vocant, foliis hederæ, sed minoribus, geniculatis caulibus, crassisque circa vicinas arbores, capreolorum modo, sevolventibus, flore candido odorato, acinis

κυκλαμίνος τείρος

## P L A N T A R V M

hederæ mollibus, lenti gustus, aliquan-  
 tulum acris, radice superuacua. nasci-  
 tur in asperis. Aegi. Semen efficax est  
 ut potum priori similia faciat.

\*XVκα:  
 μνοστμ  
 7H.

**CYCLAMINVM** tertiam Plinius sibi demonstratâ asserit cognomi-  
 ne chamæcisson, vno nomino folio, ra-  
 dice ramosa qua pisces necabantur, quâ  
 Dioscorides nominetenus primæ cy-  
 clamino tribuit, ichthyotheton, a pisci-  
 um venatu nominans.

κω' κcy

**CIGVTA** caulem ædit genicu-  
 latum, ut fœniculi, gradem in cacumi-  
 ne, ramosum, folia ferulæ, angustiora,  
 graui odoratu. rami, mox umbellæ in  
 summo prodeunt, flores quoq; albican-  
 tes, & semen aniso cædidius, radice nõ  
 alta, concaua. Cicutæ letale venenum  
 inest, suaq; vi refrigeratoria necat. Re-  
 medio est vini meraculi potus. Succus  
 exprimitur contusis cacuminibus, pri-  
 usquam semina & comæ siccescant.  
 qui sole densatur in pastillos. Efficacis-  
 sima vis Creticæ, Megarensi, mox At-  
 ticæ, & in Chio, & Cilicia nascenti.  
 Aegi. Cicutæ vires summe refrigeras-  
 torias esse omnibus constat.

CYMINVM, legei Cuminum.

CINNAMOMI genera plura,  
 patitur sibi nomē vendicantia, Præferit  
 tamē Mopsyliticū, quod casiz, cui Mo  
 syliti nomen est, aliquā referat effigie  
 Sed in eo genere recens, nigrum ex vi,  
 nolo in cinereum vergens, læue, tenui  
 bus ramulis, ac frequentibus nodis cin  
 ctum, perquam iucunde olens Optimi  
 fere iudiciū, iucundi odoris proprietate  
 cōstat. Inuenitur enim cum optimo  
 eoque quod peculiare est, odor rutæ aut  
 cardamomo proximus. Insuper acre, mor  
 dens, & cum calfactione quadantenus  
 salsum, quod non cito confricanti aspe  
 rum, aut frianti lanuginosum, læuibus  
 tamen internodiis appareat. Si certior  
 fieri voles, vellito ab radice surculum.  
 facilis est huiuscemodi probatio, nāque  
 fragmenta miscellanea quædam esse vi  
 dentur. Quæ autem melius spirat, suo  
 halitu cum nases primum contulūtur,  
 olfactum expletia, deterioris digno  
 rionem impediunt. Est etiamnum mō  
 tanum, crassum, pumilum, fuluescens  
 admodum. Tertium a Mopsylitico,  
 perquā suauiter olet, nigrum, fruticosum

κιννάμω  
 κκϥ.  
 Darles  
 mi.

# PLANTARVM

sum, paucis intercedentibus geniculis.  
 Quartum, fungosum, candicans, asper-  
 etu tuberosum, vile ac friabile, magna  
 habens radicem, quæ cassiam plane res-  
 presentat. Quintum genus, odore nare-  
 ferens, subrufum, & cortice fulvæ cas-  
 siæ similee tangenti firmû, minus nerv-  
 uolum, densa radiofirmatum. His quæ  
 ethuris, cassiæ, myrti, aut amomi odore  
 spirant, minus suauitatis inest. Deligi-  
 to scabrum, album, rugosum. at læue,  
 lignosum circa radicem, vt inurile, relic-  
 to. Est etiam nû simile aliud, cui pseudo-  
 cinnamome cognomen est, vile, iualidi  
 odoris, solutarûq; viriû. Vocatur etiã  
 Zingiber, cum tamen sit xylocinnamo-  
 mû, præbens quandam cinnamomi fa-  
 ciem. Est autem lignosum cinnamo-  
 mum, sarmenta longa robustaq; ferēs,  
mine coriādi, rorūdo, acri, & odorato.  
Excalfaciēdi naturam habet, & viribus  
fœniculo respōdet. ad omnia infirmius  
Aegi. Gal. 4. sic. 1. Hinc etiam lacti ge  
nerando est, & suffusis auxiliatur.

FOENVM GRAECVM ex  
secundo ordine calidum est, e primo  
siccum, idcirco feruidas inflammatio  
nes irritat, minus autem calidas & in  
duratas magis discutiendo persanāt.

F. R. A. G. A gerens herba sine caule  
spargitur humi, multis a radice lanugī  
nos pediculis, flore cādido, folio tri  
gemino, per ambitū serrato atq; veno  
so. fructu exiguis quidē moris haud ab  
simili, cæterum sui generis, solido cali  
loso, tenero, rubēte, tum gustū tum ē  
odore suauiss. radice foris atra, itus cā  
dida, multo fibrata capillitio fronde p  
petua. Cultus diligentia nō magnitudi

ἵππομα  
ραθρον  
ἵππομα  
θρον  
ἐτιρον

τῆλης  
Olba

PLANTARVM

ne solunt proficiunt, sed interdum etiam e rubris incandida degenerant. Herba cibo sumpta medetur lienosis, item succus ex melle potus. Idem cum pipere candido datur suspiriosis. Fraga sitim sedant, stomacho profunt, praesertim bilioso. Succus fragis exprimitur. Vetusitate vires accipiens praesentaneo remedio ad faciei vlcera, oculorum suffusiones, epiphorasque. Radiceis decoctum iocinoris feruores mulcet matutino & meridie potum. Cal. sic.

ΑΕΛΕΑ.

**FRAXINVS** arbor nota est. Aeg. Folia eius pota viperarum moribus succurrunt. Cortex crematus illitusque ex aqua lepras separat. Ligni vero rameta si bibantur, letalia esse ferunt.

ΦΥΚΟΣ  
θαλασσι  
σικυ.

**FVCI** marini generibus quoddam latum, & alterum sublongius, & rubens. tertium candidum nascens in Creta, floridum valde, quod nulla corruptionis labe polluitur. Hoc fucum quidam putant mulieres suis colore mentiri, cum tamen sit radice la eiusdem nominis qua sese fucant. Aeg. Refrigerat siccaturque in secundo abscessu, ac mediocriter etiam astringit.

ΜΥΧΗΤΕΣ

**FVMARIA** vide Capnos.  
**FVNGORVM** differentia du

plex. aut enim manditur, aut perniciis  
 les sunt. Multis de causis venenosi gi-  
 gnuntur vbi videlicet, clauus ferreus,  
 in quo fit rubigo, aut pāni marcor ad-  
 fuerit, aut si iuxta serpentis cauernam  
 arbore sue, quæ priuatim, parum noxi-  
 os fructus, erumpant. Continent qui  
 tales sunt, nescio quod frigiditatem cō-  
 cretamq̃ pituitam, terraq̃ eruti quam  
 celerrime computrescunt, atq̃ marcor  
 se vitiantur, Sed qui veneno imbuti nō  
 sunt, suauiter in iuribus gratiam habent  
 largius tam en sumpti nocēt, & acrius  
 concocti strangulāt, aut choleram mor-  
 bum citant. Aegineta, Frigidi & humi-  
 di admodum temperamento sunt, non  
 nulli ipsorum manducati etiam exitiū  
 adferunt, præsertim qui inter ipsos na-  
 tura constant putridæ qualitatis parti-  
 cipes.

G

**G**ALBANVM succus est nascē γαλβαν  
 tis in Syria ferulæ, quod nonnulli  
 metopiū vocant. Maxime laulla-  
 tur cartilaginōsum, merum, thuris effi-  
 giem præbens, pingue, minime ligno-  
 sum, retinens nonnihil adiecti seminis

I 4

PLANTARVM

& feruæ, graui odore, neq; valde humi-  
dum, neq; nimis aridum. Adulteratur  
faba freſa, reſina & ammoniaco. Si pur-  
gare galbanum, voles, in feruentem ad-  
demittito, nãq; cum liquefactum fue-  
rit, eius ſordes ſluitabũt, quas hoc mo-  
do facile ſeparabis, mũdo linteo raroq;  
alligatum in ſictili aut ærea pyxide ita  
pèdeat, vt imum vaſis ne tãgat, optoq;  
vaſe in feruidam aquam demittito, ſic  
enim ſincerũ, veluti per colum eliques-  
cet, & lignoſum in linteo remanebit.  
Aegi. Calefacit. 1. ſiccatur. 2. Molliendi  
& diſcuſſoria vi donatum.

γαλιου

GALION, nomẽ ex eo traxit, qd̃  
in cõtrahẽdo lacte, coaguli vicem im-  
pleat ramulũ foliumq; habet aparinæ  
ſimiliſimũ, rectum, florem in cacumi-  
ne luteũ, tenuẽ, deſum copioſum, odor  
ratum. radix venerem concitat. Naſci-  
tur in paluſtribus. Aeg. Siccandi vim,  
medocremq; actimoniam habet, ſos  
eius ad ſanguinis ex naribus eruptio-  
nẽs & ambuſta congruit.

γαλιος  
ψις,

GALIOPSIS, frutex in totum  
caulem & folia habet vrticæ, leuiora,  
& quæ grauem odorem trita reddant,

flore purpureo, tenui, nascitur circa se-  
pes, & adificiorū areas, ac semitas vbiq̃.  
Aegi, Scirrosos tumores dissipat & es-  
mollit. item ad vlcera serpentia facit  
emplastri modo imposita.

**GALLA** fructus est quercus. Alii κρητις  
qua omphacitis appellatur, parua qui Hals.  
dem, sed tuberosa, solida, nullo fora-  
mine peruia. altera plana, leuis, perfora-  
rata. Eligi debet omphacitis, quæ effi-  
caciō est. Aeg. Omphacitis, id est imma-  
tura medicamētum est affatim astrin-  
gens, eāq̃ ob causam siccāt, fluxiones  
repellit cōtrahitq̃, laxa stringit, & par-  
tes imbecillas firmat, fluidisq̃ omni-  
bus affectiōibus accōmodata est. Frig.  
2. sic. 3. Altera quæ flauo colore inanis  
magnaq̃ est, nō tātā in siccādo & astrin-  
gendo habet efficaciam. sedis inflam-  
mationes, & procidentias excōcta iu-  
uat. Gallæ vero combustæ, & aceto re-  
sinctæ, sanguini supprimendo sunt.

**GALLICA**, genus est aceris cam \* γαλα  
pestre, præcipuo cādore, minus crispa, vos  
rariorq̃.

**GALLANGA** E magnus vsus apd̃ \*  
recētiores medicos tam Græcos quam

## PLANTARVM

Latinos erupit. Radix vulgo etiam nota, quæ aliunde procul comportetur. Deligenda ponderosa, rubenti cortice, gustu perquam acris, odorata. Sunt nebulosæ, qui in tortis iunci radicibus in aceto piperato maceratis galangæ mêtiantur acrimoniã, sed ipso tempore detegitur, cortice deerso, qui hunc saporem ebibent. Cal. 3. coctionem iuuat. Romachi ex frigida causa dolores finit. Spiritus dilgerit cocta ex vino Cerebrum roborat naribus indita. Os commendat. Ex fuce plantaginis datur quibus cor palpitans micat. Cæliacis, & coli doloribus noxiis spiritu cõceptis auxiliatur. acidis subuenit ructibus.

767. 106.

**GENTIANA** Inuentio prima assignatur Gentio Illyriæ regi, a quo cognomen habuit. foliis partim proxime radicem, iuglandi plantaginiue similibus, subrubris, partim a medio caule, & præsertim iuxta cacumen, paulum dissectis, caule cauo, & læui, digiti crassitudine, geniculato, & ex interuallis maioribus foliato, binum læpe cubitorum, semine in calycibus lato sine pōdere, aceroso, satis ad spondyli semine accedere, ra-



dice longæ aristolochiæ, crassa, amara. Nascit̄ ī sublimib. mōtiū iugis, ymbrosis locis, aquosisq̄. Aeg. Gēriana radix efficax admodū ē extenuere, ppurgare, abstergere, & meatus īfartos aperire.

GERANION foliis anemones, diuisuris lōgioribus, radice subrotūda cum estur dulci. Quæ drachmæ pondere in vino pota, vuluæ īflationes discutit. Geranium alterum, caulibus minutis & pilosis, sesquipedalibus, foliis maluæ. in summis alis sursum spectātia gruum capitula insunt, cum suis rostris, aut canini dētes. Nullius in medicina vsus. Aegineta eadem.

GERONTOPOGON, idest, senilis barba, foliis est hirci barbulae, tenuiorib. lōgioribusq̄, īstar capilloꝝ p̄ lōgis, caulæ paruo, sup quē calyx longus, & barbula quæ summo vertice senum more incana funditur flore luteo nitet qui in volucres barbulas euanescat. lacte manat. radix est amara. iocinorosis & stomachicis succus decocti potus conuenit. Renum vitiis & vesicæ succurrit. Ex aceto cietvrias. Semē singultus sedat, aluū sistit, & ite

γερανίου

γεροντος  
πώγωνο

# PLANTARVM

Rinorum inferetum explicat. (Quātum ab hirci barbula differat ex Græci nominis descriptione, id est tragopogonis, conferendo discere potes.)

γῆθυον,

**G E T H Y V M** Theophrasto pene sine capite est, cervicis tantum lōge, & ideo totū in fronde, sæpiusq; refecatur vt porrū, quapropter & illud serunt, nō deponunt, mensibus Martio, Aprili, & Maio. Secūda semēte post æstiuū solstitium defigitur. Decimo aut duodecimo die profilit, sed e recēti semine maturius. Nō anniculam modo, sed & bisnum quoq; fructificat. Germinat e latere, vno caule cōsurgit, sed quo radix ipsa deficiatur, foliis intus cauis. Conditū mētarium est, & ceparum generis. Minime autē durat. Plinius a Latinis palalacanam vocari tradit. Sunt e Græcis qui gethyllida pro gethyo acceperunt, quod & epithyllida vocauerunt. Didymus gethyon simile fecit ampelopraso. Epænetus capitatum porrum gethyllida tradit appellari.

γῆοϋ.

**G E V M** radículas habet odoratas, & iucundi saporis ad discutiendas cruditates, pectorisq; & laterum dolores.

**GINGIBERIS** sui generis plā, γγγ'βε  
 ta est, in Troglodytica Arabia magna β  
 ex parte nascens, qua virente, ad mul-  
 ta, perinde atq; nos ruta, vtuntur, & pri-  
 mis poribus & eduliis admiscēt. Huius  
 radices, cyperi modo, paruae sunt, can-  
 dicātes, & odoratae, atq; piper sapore  
 imitatur. Eligi debent quae teredines  
 nō nouerunt. A multis tñ ob id cōditū-  
 tur, q̄ celeriter cariem sentiant. Fictili-  
 bus in Italiam a sportatur. Gingiberis  
 cibo conueniens est & cum condimen-  
 to assumitur. Aeg. Irpenie quidem ca-  
 lesfacit, sed non primo statim occurſu,  
 quod in euicta cuiusdam & crassioris  
 humiditatis particeps sit, propter quā  
 etiam facile perforatur, firmam autē  
 conseruat caliditatem. γγγ'βε

**GINGIDIVM**, aliqui lepidion γγγ'δδ  
 in Syria & Cilicia plerunq; nascitur. 04  
 herbula syluestri pastinacae similis, te-  
 nuior, & amarior, radice parua, candi-  
 cante, sub amara. Oulus hoc crudum,  
 coctum, cōditum ue estur. Aeg. Calore  
 non adeo manifestū sortitū est, ceterū  
 siccit̄ i abscessu tertio & astringit, qua  
 de causa & stomacho vtile est.

# PLANTARVM

ἄνθος  
 ὄνθος

**GLT** Hexilibus surculis fruticat, sæpe binos dodrātes excedens, foliis, ut senecionis minutis, sed multo tenuioribus, capitulo in cacumine tenui, paruo, ceu papaueris, oblōgo, intercurtantibus intus mēbranis. quibus lemet. icluditur nigrū, acre, odoratū, quod panibus inspargitur. Aegi. Calefacit, siccaturtio. tenuis est substantiæ, vñ destillationibus in nares olfactu pdest, itus assūpta discutiedis flatibus singularis ē, quetiā amari particeps depreheditur, quo lūbricos iterficit, abstergit & incidit, hinc quoq; recta ceruice spirātibus commode exhibetur. item lepras exterit, myrmecias eiicit, & menstrua incitat.

ἔριφου,

**XIPHION**, alii phasganō, alii machæronion, Romani gladiolū, vocant, nomē ide accepit, quod folium gladii præbeat speciem. iridi simile erat, nisi minus & angustius videretur, & gladii modo mucronatū, neruolumq; in caulem exit, cubitalem, in quo purpurei flores, in ordinē digesti, inter se distāt, rotūdo semine, radicibus geminis, vna bulborum modo, super alteram insidēte. quarum inferior gracilis est, super

na vberior nascitur in aruis. Aeg. Gladioli radix trahit, discutit, & siccatur.

GLANDES, in quercu indicantur.

GLANDES Sardinæ, quas aliqui castaneas, aut Iopima, aut glandes Iouis appellant, similesque effectus præbent, præsertim, tunica quæ carnem & corticem media intercurSAT, caro his qui ephemerium biberunt, conueniens est. Aegineta, Castanæ omni ex parte reliquis glandibus præcellunt.

καίτοι, τὰ.

Kullor. Castal.

GLANS vnguentaria, fructus est arboris myricæ similis, in magnitudine auellanæ nucis, cuius nucleus græcarum nucum more tritus, humorē reddit, quo ad præciosa vnguenta pro oleo vntur. nascitur in Aethiopia, Ægypto, Arabia, & Petra oppido secus Iudæam. Præfertur plena, recens, candida, quæ facile delibretur. Aeg. Quæ intra vnguentariam glandem ceu carnosæ sunt, abstergendis incidendisque cum astringente vim habent eamque ob causam denarii vnius pondere cum mulla pota, facile vomitiones cient, & inferiorem ventrem subducunt, cum posca vero laxandis extis

βάλανος  
μυρτικῆ  
Habben

# PLANTARVM

accomodata sunt. Itē cutis vitia cū aceto perūcta exterūt. Cortex aliogn egregia astringēdi virtute pollet.

**Radix,**  
**Dili.**  
**Vesne.**  
**Chaic.**  
**Adlen.**  
**Nil.**

**SATIVVM** glastum quo ifectores lanarum vtūtur, folium habet plantagini simile, verū pinguius nigriusq. cuius caulis duum cubitorum altitudinem excedit. Syluestre glastū satiuo simile est. folia fert maiora, lactucaceis proxima. caules prætenues multifidos quadam tenuis rubentes, in quorum cacumine folliculi multi depēdēt, quādā linguarum effigiem referentes, in quibus semē, flore tenui, luteo. Eadē quæ & supra dicta præstat potu & illitu lienosis auxiliatur. Aeg. Ifatis domestica qua tinctorum vtuntur, siccandi vires & astringendi habet, hinc est quod magna vulnera i duris glutinat corporibus, sanguinem erumpentem compescit, laxos tumores discutit, ac omnib<sup>9</sup> malignis vlceribus resistit. Syluestris autem cum magis rodat, magisq. ideo siccet, valentius aduersus humidam putredinem pugnat, ad cætera deterior, vt quæ immoderatus mordeat. Cæterū ob viriū venētiā lienosis quoq. utiliter adhibet.

**GLACIUM,**

**GLAUCIV.** M. succus est herbae q̄  
ad Hierapolim Syriae nascitur, foliis fe  
re corniculati papaveris, pinguioribus  
tamē, in terram sparsis, odoris tetri, gu  
stus amari. tota croceo succo madet.  
Folia in olla fictili semifrigidis eliba  
nis calfaciunt idigenae, vsq̄ dum siacce  
scant, deinde cōtusis succum exprimūt  
Aeg. Glaucū astringit, gustanti nō nihil  
ingratū, manifeste refrigerat, eaq̄ vi sa  
eris ignibus non validis succurrit.

γλαυίος  
cy  
Mēmi  
the.

**GLAUX** cymula & lenticulae foliis  
similis, quae superne virēt, aperi atq̄ can  
didiora spectātur. ramuli a terra exillē  
ant qui senesc, tenues ab radice, dodrā  
et alii flores seu violae albae, purpureae  
creūt, minores autē nascuntur iuxta mare  
Aegi. Calidi & humidī temperamenti  
gratia lacti generando idonea est.

γλαυξ

**GNAPHALII** foliis mollibus  
minutiasq̄ pro tomēto utunt. Bibuntur  
efficaciter folia in vino austero, ad dy  
senteria. Sunt enim calida & modico  
astringētia. Aeg. (Vide Clematis tertio.)

γναφάλι  
oy

**GOSSEPIVM** in Xylo declarabit.

γοσσυο

**GBAAMEN** geniculatis terpit ra  
mulis, a qb. crebro radices spargit. dul

πιου  
α γουσιρ

K

PLANTARVM

**Vegem** ces, articulis præcinctas. folia dura, &  
**Thel.** vt arundinis parua, lata, in exilitatem  
**Negil.** fastigiantur, eaq; iumenta & boues pas-  
 scūt. Est & arūdinaceum gramen, prio-  
 re multo maius, quod iumēta necare  
 traditur, præsertim ī Babylone, idq; iu-  
 xta vias nascitur. Quod in Parnaso mō-  
 te gignitur, dēius fruticat, foliis hede-  
 raceis, flore odorato, candido, semine  
 paruo, nō inuiti, radicibus quinis aut  
 senis, digitali crassitudine, cādidiis, mol-  
 libus, & admodū dulcibus. Naturā in  
 Cilicia gramen, quod icolæ cinnam ap-  
 pellant, boues inflāmat, si eo virenti sæ-  
 pe pascantur. Galenus, Graminis radix  
 mediocriter frigefacit & siccat. Parum  
 aliquid mordax habet ac subtile. Her-  
 ba frigefacit primo, inter humidum &  
 siccum media. Huius semen alibi qui-  
 dem imbecillum est, in Parnasso autē  
 inuentum siccat, subtile, subacerbūq; ē.

αμνος

**GROSSI**, quæterinei nonnullis  
 vocantur, acres & discussorii sunt, li-  
 quoris gratia qui in ipsis continetur.  
 Costi igitur duros tumores dissipant;  
 crudi myrmecias & thymos exterunt.  
**Aegineta,**



**G V M M** I ficante vi & emplastro <sup>κόμμη</sup> καπολλετ, & nimirum asperitatibus me-  
 ca pollet, & nimirum asperitatibus me-  
 detur. Sanig.  
 vel las  
 pag.

H

**H A L I M V S** frutex est sepimen-  
 tis idoneus, simillis rhamnō, sine  
 spinis, foliis oleæ, sed laetiorib<sup>9</sup>.  
 nascitur in sepibus & maritimis. Folia  
 deoquuntur ciborū gratia. Aegi. Dissi-  
 milarium partim est, saltem gustu & le-  
 viter astringens, maxima ipsius pars ca-  
 lore temperata cum humiditate inse-  
 perabili est, & lactis vberitatem conci-  
 liat. Arabia  
 cum.  
 αλιμος  
 Molo-  
 chia

In **H A R V N D I N V M** genere <sup>καλαμω</sup> καλαμω  
 quaedam nascos, id est factior, vocatur <sup>Καλαβ.</sup> Καλαβ.  
 ex qua sagittæ factitari solent. alia for-  
 mina, qua tiliarum ligulas efficiunt.  
 alia quod fistulis adiecta sit, syringias,  
 cui multum inest carnis, crebris cinctis  
 geniculis, ad ubrorum cōscriptionem  
 accommodata. alia crassa, concava, apud  
 amnes nascens, quæ a quibusdam cypria  
 ab aliis donax appellat. alia phragmiti-  
 tes seu vallatoria, gracilis, candicans,  
 vulgo cognita. Aegi. Calamus phrago-  
 mites extergit, folia ipsi<sup>9</sup> viridia medica

# PLANTARVM

eriter refrigerant. Cortex crematus cal-  
 facti siccatur tertio. Radicem cum bulbis  
 illitâ spicâ & aculeos extraheri afferunt.

**ασφιδε:** **HASTVLA** regia vulgaris nori  
 tix est, foliis maioris porri, caule læui  
**Chelice:** ferente in catumine florem, quæ anthe-  
**Akeras** rion appellant. radices subiacent obli-  
**Birauch** gæ, rotundæ, glandibus similes, gustu  
 acres. Aeg. Aphodeli radix vim habet  
 detergentem discutientemq. Concre-  
 mata: autem ipsius cinis calidior, sic-  
 eior, & tenuior euadit, quo fit vt pilo-  
 rum defluuiliis medeatur.

**υεουδςο** **HEDERA** differentias multas in  
 specie sortitur, summæ autem genere  
 treis. Nam quædam candida est, altera  
 nigra, tertia helix candida, fructum fert  
 cadidû, nigra, nigrum, aut croci æmus-  
 lum, quam vulgus Dionysiâ vocat. he-  
 lix fructum non gignit, sed albas habet  
 viticulas, & folia parua, angulosa, & cõ-  
 cinniora. Aeg. Hedera cõtrariis constat  
 viribus, vt quæ astringat & refrigeret,  
 Item acris est & calida, æque substan-  
 tix & tepidæ, cû viridis est, particeps.  
 Eius folia vino incocta vulneribus glu-  
 tinâdis, ambustis & lienosis salutariter

adhibetur. Succus ipsorum naribus ad profectam educendam infunditur. diuturnis aurium defluxionibus succurrit. Lachryma hederæ, ut quæ acrior sit, pediculos enecat, & pilos abolet.

**HEDYSA RON**, vide Securidaca.

**HELENIVM** folia habet verba ἡλενίου.  
 scilicet angustioris folii, asperiora, oblonga, caulem quibusdam in locis non emittit radicem subalbidam, interdum subruscam, odoratam, subatrem, vegetam, magnam, ex qua agnatae propagines liliorum aut arum modo seruntur. Moxibus in umbrosis, siccoque solo provenit. Foditur æstate radix particularemque dissecta siccat. Alterum helenii genus in Aegypto gigni Crateus tradit. herba est cubitalibus ramulis, serpenti modo per humum repetibus, foliis, lenticulæ circa ramos, sed longioribus crebrisque, radice pallida, digiti minoris crassitudine, perina tenui, lupine crassa, cortice nigro. Nascitur in maritimis collibusque. Radix una in vino epota, contra serpentium ictus auxiliatur. Aeg Helenium calidum est & siccu cum excrementis humiditate. quare & elegmaris repetarum infar

## P L A N T A R V M

flos thoraci humores educit, ac particulae ex eo ruborem contrahunt.

Ἡλιοτρόπιος  
πικρ.

**HELIO T R O P I O** magno flos est effigie scorpionis caudae, unde scorpium ei nomen. & quoniam folia cum sole circumspiciunt, heliotropion dicitur. folia oculi mihi habet, hirsutiora, candidiora, & maiora. ramuli a radice terni, quaterni, aut saepe quini exiliunt, multis alis concavi, flos in cacumine candidus, aut subfulvus, incurvatur ut scorpionis caudae radix tenuis est, & inutilis. nascitur in asperis. Heliotropion paruum nascitur in palustribus, iuxta lacus, foliis aedictis proximis, rotundioribus, semine acrochordonum verrucarum modo, pefili, rotundo. Aegineta, Maius calidam, siccam & abstergentem vim praese fert, cuius decoctum potu educit pituitam, bilem. Illius fructus ipsius myrmecias & huius notae vitia persiccant. Minus autem heliotropium & haec abolet, & lumbricos interimit, si eum fructu, nitero, hyssopo, & cardamomo bibatur.

Ἡλιόχλωρος

**HEL X I N E** nascitur in parietinis sepibus & maceratis folia ei mercurialis insunt, hirsuta, cauliculi subrubens

tes, & circa eos veluti semina aspera,  
adherētia vestibus. Aegineta, Hęc alif  
aliter nuncupant, perdicium, partheni  
um, fideritum, heracliam. abstergit leui  
ter astringit cum humiditate subfri  
gida.

HELXINE, cognomento cissam  
pelos, foliis est hederę, minoribus, ra  
mulis, exilibus, quibus complectitur  
quodcūq; conigerit adminiculum. na  
scitur in sepibus, vineis, & segetibus.  
foliorum succus potu. deicit aluum.  
Aeg. vim habet discutiendi.

ἑλξίνη  
κισσαμ  
πέλος.

HĒMEROCALLIS folium  
& caulem habet lili, porrat eo colore  
flores i caule per singulos exortus, ter  
ni aut quaterni erumpunt, lili diuisu  
ra, quoties dehiscere ceperunt, colore  
perquam pallido, radix magna est atq;  
bulbosa. Aeg. Radix eius viribus lilio  
respondet, similiter illi ambustis opitu  
latur.

ἡμέροκα  
λίς

HĒMIONITIS, quam aliqui  
splion vocāt, folium emittit draconu  
li, lunatum radicibus coheret multis,  
tenuibus, nūquam flores, necq; semen,

ἡμιονί  
τις.

# PLANTARUM

et caulem gignit. In petrosis nascens  
 austero sapore. Ea ex aceto pota lientem  
 absumit. Aegi. Astringens simul & atin-  
 sa est, idcirco lientosis cum aceto pota  
 succurrit.

Ἡρμόδακος  
 κτηλοι  
 Surugē

**HERMODACTYLI** radix  
 per se, & ipsius decoctum, vim habet  
 purgandi, arthriticis priuatim cum hu-  
 mores detraunt exhibetur. Stomacho  
 vehementer aduersatur. Aeg.

Ἡρακλινθος

**HYACINTHVS** folia hēt, bul-  
 bi dodrancale caulem, minimo digito  
 tenuior est, herbacei coloris, comā pro-  
 cumbentem, florum purpureorum ple-  
 nam, scuruat, radicem bulbaceam.  
 Aegineta, Radix siccata primo, frigefa-  
 cit secundo. Pueros itaq; impuberes diu  
 conseruare cum vino illita creditur. Se-  
 men leuiter abstergit astringitq;, idcir-  
 co aquatis cum vino datur, vt quod  
 desiccat magis quam refrigeret.

Ἡδραπα  
 παρθύ-  
 Ἡδραπέ  
 πείρι

**HYDROLAPATHVM** ru-  
 mex est in aquis nascens.

**HYDRORUPPER** apud aquas  
 nascitur quae stagnant, aut pigro lapsu  
 super caulemque diu geniculatum, prie-  
 durum, multis uis eūcauam, folia me-

tiaz, maiora molliora, candidioraq;  
 gustu piperis, acri, citra tamen villam  
 odoris gratiam, fructum adrem, in sar  
 eu'is paruis ppe folia racematim coe  
 haerentem. Folia cum semine illita tu  
 mores veteresq; duritias discutiant.  
 fugillata delent. quae postq; inaruerunt  
 eula pro pipere in obsoniis admiscen  
 tur. Radix parua, nullius in medicina  
 momenti. Aeg. Herba est calida, sed  
 non piperis modo. Facultates simili  
 ter Dioscoridi docet.

HERACIUM magnus car  
 sem emittit a sprum, subcubitus, spil  
 nolam, caput, folia ex intervalis: ca  
 riacale diuisa, fronsa concho p ambi  
 tum, luteos flores in oblongis sapina  
 lis. Vm refrigerandi habet, & modice  
 substringendū vnde illitum, stomac  
 cho anisone, mstingitibusq; p dactis  
 succus de rosone stomachi, sorbitone  
 mitigat herba con radice illita, vibra  
 ris a scorpice tibus auxiliat. Hiv  
 racum paruum, folia ex itruallis haq  
 bee diuisa in ambis, embliculo's cone  
 res, vitruces, in qbus lutei flores orbē  
 circinatus emicant. Vm suam ad cas

PLANTARVM

dem ad quæ superior impendit. (Aeg.  
non habet.)

κ υ δ ο ρ ι ς  
ϑ ι ς

**HYOSCYAMIS** intubo, similis traditur,  
sed humilior & tactu asperior. Vul-  
neribus contusa præclara medetur.

υ π υ χ ο ο υ

**HYPECOON**, aliqui hippo-  
phton vocant, nascitur in segetibus ar-  
uiscq, foliis rutz, exilibus ramis. Aeg.  
Frig. & papaueris viribus proximum.

\* η π ε ρ ι  
κ ο υ

R e i o f r i  
c o n

**HYPERICVM**, alii androsæ-  
mon, alii corion, alii chamaepityn ap-  
pellant, quoniam ferè odore resinam  
imitatur, furculaceo frutice, dodrantae-  
li, rubete, folio ruz, flore albæ violæ,  
luteo, qui digitis ericis sanguineū suc-  
cum remittit, qui ex causa androsæ-  
mon cognominatur, subhiæura filiqua  
& tereti hordei magnitudine, semine lu-  
eus nigro, resinoso odoris, gignit in cul-  
tis & asperis. Aeg. Hypericum duplex  
est alterū, quod androsæmon & a scyn-  
thon appellatur, expositum est, alterū  
vero calefacit & siccat, tenui subrãcia  
præditū, eoque vrinas elicit, & mensura  
citat. Totum ipsius semen si cum foliis  
illinatur viride, cicatricem vulneribus  
obducit. Arida vero folia obliua vlceri



bus medentur. dantur etiam potioni  
aduersus coxarum dolores.

**HIPPOGLOSSON**, frutex est Al. Hypoglosson.  
folia habens rusci tenuis figura, & spinosam comā, & in summo ceu linguas  
e foliis exeuntes. Capitis dolorem corona ex comis imposita minuit. mala  
gmatidis radix succusq̄ admisceat. Aeg.  
Frutex est pusillus, cuius radix & succus emolliendi virtute pollent.

**HIPPOLAPATHON** olus est ἑππολάθου.  
magnum, in paludibus nascens. eisdē  
habet vires quas supradicta rumicis  
genera. Aëtius, Consimile est facultate  
lapathō, sed imbecillius.

**HIPPOMANES**, secundum Crateiam, planta est fructu utumetis syl-  
uestris, folio autem nigriori, tanquam  
papaueris spinoso. Hæc Theocriti in-  
terpres. Sed specynon etiam hippoma-  
nes cognominatur.

**HIPPOPHAES**, quo fullones ve-  
stes interposant, in sabulosis marit-  
imis nascitur, surculaceo frutice, vni-  
dico denso & largo, foliis oleæ longioribus,  
mollioribusque, inter quæ can-  
dicætes spinæ emicant, sicæ, angulosæ,

## P L A N T A R V M

interstitio quodam distantes, flores herederæ corymbis similes, racematim coherent, minusculi tamē, & molles, cā didi, ex parte rubescentes. radix lacteo succo madet, crassa, mollis, amara gustati. ex qua, perinde ac thapsia, succus eximitur, qui per se, & cum erui farina subactus, siccat, & ad vsum reconditur. Aeg. Alii hippophyes vocant. Radicis liquor cum erui farina instar densi datus, bilem ac pituitam purgat. Item totus ipse frutex siccat, ad purgationes accomodatur.

**Al.** Hippophaes  
 Non.  
 ἵπποφαῖς  
 504

**HIPPOPHAESTON**, id quod aliqui hippophaes appellant, nascitur eisdem locis quibus hippophaes, est spinæ fulloniæ genus, humilis herba sine cauliculo, sine flore, inanibus tantū capitulis, foliis parvis, spinosis, radicles habens molles, crassas. Succus radice, foliis, & capitulo exprimitur, & exsiccat. Aeg. Succus trium obolorū pondere, cū aqua mulla ad pituitā & aq̄ vacuādā exhibetur, maxime congruit non nisi subrecta ceruice spirantibus, comitialibus, & neruorum affectibus.

**HIPPOSELINVM**, Latini olus

fatrum appellat, aliqui Smyrnion. quibus aliud sit, quod proprie Smyrnion dicitur, ut paulo post referemus. Est autem manus & fatiuo apio candidius, caule alto, cauo, molli, habente velut i lineas, foliis latioribus, in puniceum vergentibus, comarioris marini, florum plena, depeditibus in cacumine corymbis, antequam deflorescat. ea semine turget nigro, oblongo, acri, solido, aromatico. radix dimittitur tenuis, odorata, candida, quae os commendat. In vmbrosis & palustribus nascitur. olerum generis, ut apium. radix cruda coctaue estur. folia cum caulibus decocta manduntur, & perse aut cum piscibus preparatur, crudaque muria comediuntur. Aegi. Cum apio domestico virtute convenit, nisi esset ibecillius.

**H I R C I** barbulam in Tragopogone describemus.

**H Y S S O P V M**, herba nulli non cognita, duum generum est, montanum & hortense. Optimum est Cilicium. Agin. Calefacit sic. 3. tenuisq; substantiae est.

**H O L C V S** i saxis nascitur siccis, aristas habet in cacumine tenues, culmo quale hordeum restibile. Haec circa

clO. I  
.m  
vort  
fist  
vort

στραβ  
πος  
Cyfe.  
δ λκδ

# PLANTARVM

caput adalligata, vel circa lacertū edas-  
cit aristas e corpore, quare nonnulli Ar-  
ridā vocauerūt. Multi zeam eē conten-  
dunt inter saxa prouenientem. Alii syl-  
uestrem esse volunt auenam.

Al. Olo  
Reum.

ὁ λόστος

**H O L O S T I O N** quadratilis her-  
bula est, humi repens, fo'lis viticulisq;  
coronopo aut gramini proximis, gustu  
astringentibus, radice alba, p'tenui vsq;  
in capillamenti speciem, longitudine  
quatuor digitorum. nascitur in colli-  
bus terrenis. Carnes coguntur, deco-  
ctionibus addita. Aegi. Siccatur, astrin-  
gitq; hinc eo adrup. v. v. v. v.

κρηθ

Xahaer

**H O R D E V M** optimum est, esse  
didit purum. Argineta, Frigida,  
siccatur primo. Nam nihil etiam extergit.  
Cæterum fabarum lomento siccitate  
præcellit, minus flatulentum est, Polen-  
ta hordeo multo magis siccatur. Pti-  
fana præter quod largius humectat, etiam  
abstergit vehementius.

ἑρμινον

**H O R M I N V M** herba est, foliis  
marrubio similis, caule semicubitali,  
quadrangulo, circa quem eminentiæ si-  
liquis similes prodeunt, quæ ad radicē  
spectant, in quibus diuersum semen re-

cluditur. siquidem in syluestri rotundū,  
 fuscumq; inuenitur, in altero, nigrum,  
 & oblongum, cuius est vsus. Syluestre  
 magis viribus pollet, quare vnguentis  
 præsertim gleucino, permiscetur. Aegi  
 meta, Calidum est mediocriter siccum  
 & abstergens, venerem igitur stimulat.  
 Oculorum crassities cum melle repur  
 gat, tumores laxos discutit, & extrahit  
 aculeos. Syluestre domestico est va  
 lentius.

**I** A S I O N E olus est syluestre, hu  
 mi serpens, copioso lacte, flore  
 candido, & in hoc nobili quod sin  
 gulari folio constet, sed ita impli  
 cato, vt plura videantur, floris margi  
 ne in angulos exeunte. Plinius florem  
 Conciliū ait appellari, sed quæ Theo  
 phrastus de folio floris, ea Plinius de  
 folio herbæ scribit. Commendatur  
 herba ad stimulandos coitus. Cruda,  
 & ex aceto pota, lactis vbertatem præ  
 stat. Salutaris est tabern sentientibus.  
 infantium capiti illita, nutrit capillum  
 tenacioremq; eius cutem efficit.

\*

PLANTARVM

IBLBCVS, quare Althæa.

εβραϊς,

IBERIS, siue Cardamantica, folia  
habet nasturtii, vere viridiora, caulera  
cubitalera, aut minorem. in incultis na  
scitur.estate lacteum florem promit,  
quo tempore efficacior est. Radices du  
as nasturtio similes habet, calfacientes  
& adurentes. ipsæ enim ischiadicis cū  
falsa axungia emplastri modo vtilis,  
quaternis horis alligatæ, vt dein in bal  
neas descendatur, & postea oleo cū la  
na locus perungatur. (Aeg. omisit.)

εραξ

εραξ

IDAEE radici folia sunt ea quæ  
nisco. adherent his veluti exigui pipi  
ni, in quibus flos Aegineta, Gustu acer  
ba, & viribus, sanguinis eruptionibus  
& reumaticis affectibus tum pota, tum  
extrinsecus imposita accommodatur.

ILEX. similes quercui vires hêt,  
sed multo ea est validior. Galen.

εραξ

ILEX est gemina Columellæ, mi  
nor apib. quæ sita, & plurior, omnibus  
improbata mellificio.

\*  
εραξ

ILLECEBRA, vide Semperu  
bum tertium.

xvii  
εραξ

ILLECEBRA, quæ Græcis an  
drachne agria, nonnullis minus semp  
uiuum,

trium, syluestris est portulacæ genus,  
 maiori semperuiuo simile, nisi quod  
 folia habet pusilla, sed latiora, maculo  
 saq, item breuius cacumen, fuluis cau  
 liculis, gustu salum, lacteo succo, radi  
 ce tenui, cãdida, nascitur in petris, & i  
 sterq̄liniis. Colligit cibi causa, esturq̄  
 cum sicibus. Succo bilem regio mor  
 bo laborãtibus per aluum exigit. Rus  
 ctus cõpescit acidos Ventris tumoris  
 & iocineris vitia leuat, vrinam ciet.  
 Eodem ægilopas Aesculapius curauit.

**I M P I A** Plinio vocatur incana, ro  
 ris marini aspectu, thyrsi modo vestita,  
 inde alii ramuli adsurgunt, sua capitella  
 gerentes. ob id impiã appellauere, quo  
 niam liberi supra parentem excellant.  
 Alii potius ita appellatã, quod nullum  
 animal eam attingat, existimauere.  
 Hæc inter duos lapides trita feruet, p̄ci  
 puo aduersus anginas succo, lacte & vi  
 no admixto. Mirumq̄ traditur, nũquã  
 ab eo morbo tentari, q̄ gustauerit, itaq̄  
 & suis dari, quæq̄ medicamentum id  
 noluerit haurire, eo morbo iterire. Sũt  
 qui & in auium nidis inferi aliqd ex ea  
 putent, atq̄ ita non strangulari pullos

PLANTARVM

audius deuorâtes. Floret vere, tuncq; de  
coquitur ad serpentium morsus. Suc-  
co eius, vel etiam cinere, fistulas imo  
pleri tradunt.

INTYBVS. Quære Seris.

*α* *σίδος* *σιν*  
*σος.* IOVIS flos inodorus est, nec nisi  
coloris gratia coronamentis additus,  
æstiuus est, colore purpureo.

*εγυρι*  
*μυ* ERYSIMON, Latini irionē vo-  
cant, iuxta vrbes, rudera, hortosq; na-  
scitur, foliis erucæ syluestris, caulicu-  
lis in lori modum lētis, & obsequiosis  
floribus luteis, siliquis ī cacumine gra-  
cilibus, vt fæno græco, corniculatis, se-  
mine nasturtii, exiguo, vrentis gustus.  
Æg. Erysimi semē igneū calefactoriūq;  
est, nasturtio similiter, quare in fermen-  
to tostū, thoracem purgat in eclegma-  
tis assumptum, duritiasq; emollit, &  
cæcos cancos illitu adiuuat.

*ρε*  
A smeni  
iuni. IRIS a cœlestis arcus similitudine  
nomen accepit. Folia fert gladioli, sed  
maiora, latiora, & pinguiora. Flores a  
caule æqualibus inter se spacijs distāt,  
varii, siquidem candidi, pallentes, lites,  
purpurei, aut cœrulei conspiciuntur,



quæ diuersi coloris specie, quædam cœlestis arcus imago representare videtur. Radices subiacent geniculatæ, duræ, odoratæ, quæ frustatim dissectæ, in umbra siccantur, & trajectæ lino recõduntur. Melior est Illirica, & Macedonica, & inter has laudatissima, quæ promila fere & densa cõstat radice, frangenti cõtumax, subrufo colore, gustu amaro, odore perq̃ sincero, ita vt nullum prorsus sitũ redoleat. quæ dum tundit, sternutamenta mouet. Secũdum locũ habet Africana, cãdicans. gustusq; amara. Teredines in ytuustate sentiunt, tũc tamen odoratiores reddi solent. Aegi. Affatim calfacit, extergit, & maturat, tenuis substantia, ruffi vtiles. humores in pectore contumaces extenuat, torminibus medetur, sordida vlcera purgat, cum mulla pota aluum inanit.

ISCHAEMON serpit in terra milio similis, foliis asperis, & lanuginosis Thracia eam inuenit, qua ferunt sanguinem fissi, non aperta modo vena, sed etiam præcisa. Farcitur in nares ad cohibendum inde sanguinis profluuiũ. Quæ in Italia nascitur, & sanguinera

\* Ισχάμων  
μ²⁴

PEANTARVM

ἰσοπύρον  
ῥοσ.

fistit eadē adalligata vnde cruor manat.  
**ISOPYRON** aliqui Phastolon  
 ob similitudinem vocant, quoniam fo  
 lium, quod est aniso simile, in pāpinos  
 torquetur. capitula sunt in summo cau  
 le tenuia, plena feminis, melanthii gu  
 rum imitantis. Aeg. Semen amarū ac  
 modice acerbum est, ob quod crassos  
 glutinososq; humores abstergit & inci  
 dit, sic vt corpora contrahat stringatq;  
 hinc etiam quæ alte desidēt expurgat,  
 excreationibus sāguinis non inefficax.

ῥοσ. vos  
 Dia

**IUNCI** duo genera. vnum lauis  
 nominati, alterum acuti, qui in mucro  
 nem fastigiat. Cuius etiā duo assignā  
 tur genera. Vnū sterile. reliquum fert  
 semen nigrū, rotūdum, & crassiore  
 fiat calamo, carnosioresq;. Tertius est  
 iuncus qui vocatur oloschœnos, priori  
 bus carnosior, asperiorq;. is similem su  
 pradieto fructum in cacumine parit.  
 Aethiopici iunci semine somnus allici  
 tur. sed modus in portione seruāndus ē,  
 ne sopor fiat. Aeg. Oxyshœni, id est, a  
 cuti iunci semen est somnificum, holo  
 schœni autem dicti, minus, idem & ca  
 piti dolorem facit. Vtriusq; semen fri,

xum si cum vino bibatur, alui fluores  
desiccatur, & mulierum fluxiones cohibet.

Odoratus LVNCVS, In Africa &  
Arabia nascitur. Laudatissimus ex Na-  
bathæa, proximus Arabicus, quem aliqui  
Babylonium cognominant, alii Teuchi-  
tin, pessimus ex Africa. Eligendus est ru-  
fus, recens, floribus refertus, tenuis, ru-  
bentibus fragmentis, qui manibus con-  
fricando rosæ odorem emittit. igneæ  
mordacitatis ad linguam floris, culmo-  
rum, radicisque est usus. Aeg. Flos modice  
calescit, minus astringit, tenuem naturam  
sortitus, quæ urinam mouet, & menses  
trahit, obstructaque referat in fomentis,  
potu, & cataplasmatibus adhibitus, radix  
adhuc magis flore astringit, sed ille ca-  
lidior.

LVNIPERI genera duo, altera  
maior, altera minor. Baccarum nonnul-  
læ nucis iuglandis magnitudine nonnunquam  
grandescere, aliæ nucem Ponicam æqua-  
re inveniuntur rotundæ, odoratæ, in  
mandendo dulces, subamaræ, quæ ar-  
centiades etiam, id est, baccæ iuniperi,  
nominantur. Aeg. Cal. sic. 3. fructus  
autem cal. 3. sic. 1.

σχοι̃ρος  
α̃ξωμοσ  
τινδσ  
Adche

αφινθου,  
Aabha  
gar.

α̃ρετυ  
α̃δ̃εσ,

# PLANTARVM

L

Butania

**L A B R V M** Veneris, Dipfacus.  
**L A B R V S C A**, duorum generum est, alterius vicia non mature scit, sed flore tenuis cœnanthen nominatam perducit. altera ad frugem peruenit, paruis acinis, nigra & astringens. Folia, caules, & clauiculæ quibus repunt, vim habent cultæ viti similem.

\* **L A B V R N V M** arbor alpina Plinio, nec vulgo nota, dura & cædida materia, cuius florem cubitalem longitudine apes non attingunt. odit aquas, nec nisi in ficcis prouenit.

\* **L A G T O R I S** nota vulgo, secundum Plinium, plena lactis, quod degustatum vomitiones concitat, Eandem hanc aliqui esse dicunt, alii similem illi quam militarem vocant, quoniam vulnus ferro factum, nullum non intra dies quinque sanat, ex oleo imposta.

Cherbas

**L A C T V C A** olus est non summe frigidum humidumque, sed profertantæ aquæ temperamento, quapropter calidis inflammationibus conuenit, præterea sitim potu restringit, & ge-

nituræ fluorem cohibet.

**SYLVESTRIS** lactuca sativæ ἰσὶ δ' αὐτῆς  
ἐγγεῖρος  
 similis est, sed longior caulis. & candi-  
 diora folia, graciliora, & asperiora. a-  
 maro gustu est, & viribus a'iquantum  
 papaveri similis. unde lacteū eius suc-  
 cum aliqui meconio permiscuerunt.  
 Aeg. Superiori minus & refrigerat, &  
 humectat, verum succulē:ior existit.

Est & alterum cisti genus, **L E D O N** λαδ' αωνον  
leden.  
 a nonnullis appellatum, frutex simili  
 modo nascens, longioribus foliis, & ni-  
 grioribus, quæ verno tempore quid-  
 dam contrahunt pingue. Fit ex eo  
 quod ladanum dicitur. Siquidem cū  
 cisti frondes pascuntur capræ, hirciꝑ,  
 pinguitudinem conspicue barba car-  
 punt, & suo lentore villosis cruribus  
 adhærescentem reportant. quam depe-  
 stentes incolæ, colantesque cogunt in  
 offas, & ita recondunt. Alii vero attra-  
 ctis funiculis, insidentem fruticibus  
 lentorem abstergunt, conglomerant,  
 que in ladanum. Maxime probatur  
 odoratum, subviride, facile molles-  
 scens, pingue, quod arenas non col-  
 legit, nec squalore oblitum est,

# PLANTARVM

resinosum, quale in Cypro gignitur. Arabicum vero, Lybicūq; vilius. Aeg. Ladanon medicamen est præstātissimū in secūdo fere abscessu calidū, natura tenue, emolliens modiocriter, discutiens & maturans, eoque vteri affectionibus peculiariter conuenit. habet præterea nonnullas astringendi vires, quibus desiuos capillos confirmet.

λαγωπύου  
υε

**LAGOPVS** herba sistit aluum in vino pota, aut in febre, ex aqua eadem inguini alligatur, in inflammatione. Nasctur i segetibus. Sicca facultatis ē Aeg.

λαμψάδι  
υη

**LAMPANA** syluestre olus ē. plus alit quam rumex, & stomacho vtilius. cuius folia caulesq; coquuntur in cibo. Aeg. Manducata prauum succū gignit, illita vero nonnihil abstergit, discutitq;.

**LANARIA**, memorabitur in Radicula.

λαπαθου  
Hu,  
madh.

Ex generibus rumicis, oxylapathum vocant, quod in acuū tendit, prædura habens extrema, non nisi in pallustrib. nascens alius est satiuus, illi dissimilis tertium genus syluestre, paruum, plani sagini proximum, humile & tenerum.

quartum est quod alii oxalida, alii anaxyrida, aut lapathon vocant. folia eius syluestri ac exiguo rumici similia, caule non magno, semine subacuto, rubete acri, in caule & agnatis appendicibus emicante. Aeg. Rumex mediocriter discutit. Oxylapathum præter id etiam pauxillum repellit. Semen autem, præsertim oxylapathi, astringens, alui profusiva (diarrhoeas dicunt) & intestinorum tormina per sanat, Folia vero semini contraria faciunt, hæc etenim comesta aluum mouent, illud potum ipsam comprimit.

LA SERPITIVM in Syria, σέλφιον  
 Armēia, Media, & Libya nascitur, cau Anius  
 je ferulaceo, quem maspetum vocant, den  
 foliis apio similibus, lato semine. Ra  
 dix in cibis ægre coquitur, os comen  
 dat cibis aut sali permista Lasere radi  
 ce atq; caule scarificatis colligitur. præ  
 fertur autem rufum, translucens, myr  
 rhæ æmulum, non porraceum, odore va  
 lens, suauis gustu, quod dilutum facile  
 albescit. Cyrenaicum si quis degustarit  
 humorem toto corpore ciet. blandiss  
 mo odore, adeo ut ne os quidem gust

## P L A N T A R V M

stanti nisi paululū spiret. Medicū & Syriacū minus viribus valent, & magis virorum reddunt odorē. Laser omne antequā siccescat, adulteratur sagapeno, aut fabæ lomento, quod maleficiū deprehēditur gustu, odore, visu, & dilutione. Caulē aliqui silphion, radicem magudarin, & folia maspeton vocauerunt. Efficacissimum laser, mox folia, postremo caulis. Fertur & altera magudaris in Lybia nasci, radix Laserpitio similis sed minus crassa, acris & fungosa, ex qua nō profluit succus, eiusdem cū lasare facultatis. Aeg. Probe calefacit, flatu lentū est, & concoctū peruicax. a foris corpori applicatum efficacius deprehēdit, magisq; liquor ipsius, extrahēdi potēs, itē & supexcrecentia emoliendi.

*Radix*

**L A T H Y R I S**, quam aliqui tithymalum appellant, eamq; tithymalorū numero adscribunt, caulem emittit cubiti altitudine, & digitali crassitudine, inanem gignuntur in cacumine alæ, & folia in caule oblonga, amygdalinis proxima, latiora, & læuora. quæ autem in summis ramulis exierunt, minora conspiciuntur, aristolochiæ, aut oblon-



**H**ederæ figura. In cacumine fructu  
 summis surculis gerit, triplici locula  
 mento insignem, rotundum, ceu cappa  
 rin, in quo grana intercurfantib memo  
 branis inter se distincta cōtinent, eruis  
 maiora, rotūda. quæ dum corticib. exs  
 untur, cādida sunt, & gustu dulcia. Nus  
 lus radicis vsus. totus frutex lacteo suc  
 co turget, vti rithymalus. Aeg. Succus  
 eius instar rithymali purgat, semen au  
 tem præcipuam purgandi vim habet.

**S I O N** in aquis inuenitur, frutice  
 pingui, recto, foliis latis, olusatro fimi  
 lib. sed minoribus, & odoratis. Quæ  
 cruda cocta que virium suarum gratia  
 eduntur. De Sio Crateus tradit, her  
 bam esse fruticis specie, pauca folia fe  
 remtem, rotundæ, maiora quam mens  
 the, nigra, & ad erucam accedentia.  
 Aegi. Sion calidum est, urinam ciēt, di  
 gerit per halitum, renū calculos res  
 rit, menses euocat.

**L A V R V S** quædam tenui folio  
 constat. altera latiore. Aegi. Lauri arbo  
 ris folia siccant, & calefactunt isigniter  
 magis quoq; fructus. Radicis cortex

PLANTARVM

amarus, & leuiter astringens, calculos  
cōminuit, & iocinorosis opitulat' cū vi  
no odorato triobolari pondere potus.

ΑΨΥΝΗ  
α' λεξ' α' ν'  
ΑΨΥΝΗ.

L A V R V S Alexādrina, folio est  
rusci maiore, molliore, & candidiore,  
semine iter folia rubro, ciceris magni  
tudine. ramos spargit in terra dodrāta  
les, interdum longiores, radice sylue  
stri myrto simili, maiore, molliore, o  
dorata. inuenitur in montosis. Aegin.  
Calida, acris, & subamara est, iccirco  
mēses & vrinās commouet.

Φακί  
Hades

Aeg. L E N T E S in .2. ordine sic  
cant, medio caloris & frigiditatis tem  
peramēto donatæ, sed astrictiōis quoq  
nō nihil habent. Totum quidem lentis  
corpus siccat, aluumq̃ sistit, decoctum  
vero ipsius proritat, ideoq̃ prior aqua  
defunditur, quum astringendi gratia lē  
tes assumuntur.

φακίος  
ἐπί τε λυ  
μῆτα μ  
Taha  
leb.  
σχινος.

L E N S palustris, inuenitur in aqua  
non fluente, muscus lenticulæ similis  
Aegine. Humectat, refrigeratq̃ in se  
cundo abscessu.

L E N T I S C V S nota arbor est.  
Aeg. In omnibus sui partib. siccat secū  
do absolute, calefaciendo autem & res

frigerando medius est, adeo astringens  
 ut ad hypocistidis succū astrictione ac-  
 cedat. Léciscus resinam gignit, quæ len-  
 tiscina cognominatur, & ab aliquibus  
 mastiche. Optima & copiosissima in Is-  
 sula Chio prouenit. præfertur nitedu-  
 læ modo resplēdescens, & cādore Tyr-  
 rhenicæ ceræ similis, adulta, retorrída,  
 friabilis, odorata, fridorem edens. Vir-  
 ridis autem inferior est. Adulteratur  
 thuris, resinæ pīnæ nucis mixtura.  
 Aeg. Mastiche, Chis quidem calefacit  
 & sic. i. Cæterum compositæ est facult μαστιχον  
 tatis, astrictioris simul & emollientis, Me  
 hanc ob rationem stomachi, ventris, i. Rehc.  
 testinorum, & iocinoris inflammatio-  
 nibus recte accommodatur. Aegyptia,  
 nigriore colore quodam modo, siccatur  
 magis & discutit, minus astringit, hinc  
 furunculos quoque dissipat.

LEONTOPE TALON, caulē λεοντοπ  
 emittit dodrantalem, aut altiorē, plus πεταλιχ  
 rimis alis concavum, & in cacumine  
 semina parua duo aut tria, in siliquis,  
 ciceris modo, flores anemonæ similes  
 punice coloris, folia brassicæ, sed pau-  
 paueri diuisura. radicibus nigris, ras

PLANTARVM

pa similibus, strumosis. nascitur in ar-  
uis, & segetibus. Aegineta, Radix cal.  
sic. 3. discutitq.

Αεγρο:

Ἰερίου.

LEONTOPODION duū digi-  
torum herbula est, folia ferens angusta  
longitudineternum quaternumue di-  
gitorum, hirsuta, quae iuxta radicē la-  
nosiore flocco canescunt, capitula in  
summo caule quasi perforata, flores  
nigri, semen vsq̄ adeo spissa lanugine  
iuolutū est, vt saepe fallat, radice parua  
cohaeret, quam tradunt appensam ad  
amatoria prodesse, & tubercula discus-  
tere Aegi. non habet.

✱

LEONTOPONTIVM a supe-  
riori differre videtur, alii liceron, dory-  
petron, & toriuentoron vocant, radix  
eius aluum fistit. Purgat bilem in aqua  
mulsa addito pondere denariorū duū.  
Nascitur in campestri & gracili solo. Se-  
men eius lymphatica somnia facere di-  
citur, & tela omnia infixā corpori ex-  
trahere tritum cum polenta, & cum ea  
dem spicula sagittariorum elicere.

Αεγρο:

04

LEPIDIVM aliqui gingidiū vo-  
cant. herbula vulgo nota muria cū la-  
cte seruatur. Aegi. Aliqui hyperiadem

vocant. cal. 3. Nafurtio proximum vi-  
ribus. minus autem eo deficcit.

LEVCACANTHA prædita λευκακη  
est radice cyperi, valida & amara. quæ κερως  
manducata dolorem dentium sedat. ve-  
teri laterum dolori, atque ischiadicis  
prodest, decocto cyathis tribus ex vino  
poto. eadem ruptis & conuulsis mede-  
tur. radicis epotus succus eisdem præ-  
bet effectus. Aeg. Alii polygonatum,  
alii ischiada vocant. radix incidit. Cal.  
1. sic. 3.

LEVCAS montana, latioribus q̄ λευκακη,  
urbana foliis, semine acriore, amario-  
re, ori ingrato, efficacior tamen quam  
satiua habetur. vtraque ex vino contra  
animalium venena præcipue marino-  
rum opitulatur. Aegi. Cal. sic. 3. acris-  
monia præpollet.

LEVCOLON vulgaris est notitiæ λευκολον  
sed in floribus differentia quædã. nãq̄ Κευρι,  
aut cœrulei, albi, purpurei, aut lutei in-  
ueniatur. Lutea vero præcipui in me-  
dicina vsus. Aegineta, Leucocii totus  
frutex abstergendi extenuandique vi-  
res possidet, magis autem flores, &  
ex eis, sicciores. iccirco & menses si-

# PLANTARVM

mulant, fortis corrumpunt expelluntq.  
**Q**uod si quis aquæ mixtura vim ipso-  
rum obtundat, etiam inflammationibus  
cōducent, præsertim vteri. Radices  
eadem præstant, crassiore magisque ter-  
restri natura p̄ditæ, ex aceto inflāmatio-  
nib. in scin hū coalescētibus iponūtur.

Λειχύ

**LICHEN** qui saxis est familiaris  
aliquibus bryon appellatur. aspergino  
fis petris adhæret, vt muscus. Æg. Vis  
ei est exterendo purgare, mediocriter  
siccare & refrigerare. impetigines sa-  
nat, inflammations arcet. sanguinis  
eruptiones sistit.

Λυχνίς  
Hazez.  
Alsa-  
cher.

**LYCHNIS** coronaria, flore est  
albæ violæ simili, quo corollæ factitā-  
tur. Contra scorpionum ictus semē in  
vino potum auxiliatur. Eychnis sylue-  
stris, omnia vrbane similis. Aeg. Lych-  
nidis coronariæ semen Cal. sic. 2. abso-  
lute.

Λύκω  
Had.  
hadh.  
Kilulē.

**LYCIVM**, quod aliqui pyxacan-  
than vocant, arbor est spinosa, ramis  
trium cubitorum, aut longioribus, fo-  
liis buxi, densis, fructu piperis, nigro,  
læui, amaro, densoq, cortice pallido,  
non dissimili lycio madefacto, radici-  
bus multis,

bus multis, obliquis, lignosis. Nascit plurimū in Cappadocia, Lycia, & plerisque aliis locis. aspera loca amat. Succi extrahendi ratio hæc est. Rami cum radiculis tuis, & ante per multos dies macerati coquantur, cum abiectis lignis. itidem liquor, donec mellis crassitudo fiat. Adulteratur id lycium, adiecta decoctioni amurca, aut absynthii succo, aut felle bubulo. Innatas spuma intercoquendum exempta, oculorum medicamentis additur. reliquo ad alia utuntur. Simili modo fit lycium, semine expresso & insolato. Optimū quod vripotest, restinctumque rubet em. spumam ostendit, glebis extrinsecus nigris, intus cum fregeris rufis, odore minime visoso, cum amaritudine adstringens; crocino colore. cuiusmodi Indicum est, ceteris præstantius. Tradunt Indicum ferri lycium, ex frutice lonchitide appellato. ea spinarum generi ascribitur, ramos rectos habens, ternum cubitorum longitudine, maioresque, rubo crassiores, a radice numerosos. fractus cortex rubescit, folia oleæ similia. Herba in aceto decocta proditur lenis inflammæ.

## PLANTARVM

tionibus & regio morbo mederi, & foeminarum purgationes elicere. Assueverant etiam erudam in potu, eisdem effectus præstare, semen cyatho dimidio potum, pituitam expurgare, venenis quoque auxilio esse. Aegineta, Lycium ex diuersis genere substantiis constat, calida, tenui & discutiente, terrestri vero frigida & leuiter astringente, vt in secundo abscessu deficcet. Calefaciendo refrigerandoque medium est, hac de causa ceu absterfiorio in oculis obscuratis eo vtuntur, tanquam astringenti, in coliacis, torminibus intestinorum, & maleficis vlceribus, at contra inflammationes, vt discutienti. Cæterum primas obtinet Indicum.

λινος 5 **LYCOP S I S**, quæ a nonnullis anchusa vocatur, foliis lactucæ longioribus, asperioribus, latioribusque, crassis, ad radicis caput recidentibus, caule longo, recto, scabro, hirsutis adnatis multis, cubitalibus, flore paruo purpureo, radice rubra, & astringente. nascitur in campestribus. Aegineta, Lycopsis quæ onoclea anchusa, astringit quodammodo efficacius, similiter erysipelatis cum



potenta illita conuenit . Si lœuis cum oleo iungatur, sudores elicit Meminit Aegineta primum inter anchusas, & iterum suo loco.

**LYCOPVS** herba marrubio syl \* λυκοϑ  
uestri similis est, folio lupini pedis est, πυϑς  
figie, dissecto, grauis odoris, caule anguloso geniculatoque, fungosa intus medulla, radice frequenti capillamento fibrata . folia trita presentaneo remedio imponunt dissoluto stomacho.

**LIGVSTICVM**, quod alii panaceam, alii panaces vocant, plurimum in Liguriana nascitur, in monte Apennino, Alpibus contermino, vnde nomen traxit. Panaces incolæ non ab re appellant, quoniam & radice & caule, heracleotico panaci simile fit, & viribus eiusdem præditum . Gignitur in altissimis asperisque montibus, ac vmbrosis, maxime iuxta fluuenta. cauliculum fert anethi geniculatum, tenuē, & in circuitu folia sertulæ campanæ, molliora, odorata, prope verticē graciliora, & longe magis diuisa, in cacumine muscarium, in quo semē depēdet nigrū, solidū & oblongū, feniculo proxi

## P L A N T A R V M

mun, gustanti acce, & aroma olens, radix cãdida heracleotici panacis similis odorata Aeg. Eius & radix & semen adeo calefaciunt, vt menses citent, flatusq; probe discutiant.

φιλυπέλα  
Maha  
leo.

**L I G V S T R V M** arbor est cypri magnitudine. foliis oleæ, nigrioribus & latioribus, fructu lentisici, nigro, subdole, racematim cohærente. asperis nascitur Aeg. Tiliæ arboris folia syluestri oleæ similiter astringunt, quibus comanducatis oris vlcera iuuantur, eorumq; decocto colluuntur, quod etiam potum vrinam & menses trahit.

κρίνον  
Sufen)

**L I L I A** coronamentis se dedunt, Liria a quibusdam vocata tradunt & rubra esse lilia. Aeg. Lili flores temperamento mixtus est extenui substantia, terrestri & nonnulla aquosa temperata quapropter oleam quoq; ex eo confectum discutiendi vires molliendiq; res præsentat, vuluæ inflammationibus ac commodarum. Radix ac folia ficiant, abstergunt discutiantq; mediocriter, quo fit vt ambustis conferant, succus ipsorum & nervorum vulneribus cum oxymelate prodest.

**LIMONION**, folia habet betæ, λημόνιον  
 tenuiora & longiora, sæpe plura, caulē  
 tenuem, rectū, lilio æqualem, seminibus  
 rubris scatētē, quæ gustata adstringunt.  
 Semen tritū, & ex vino acetabuli  
 mēsurā potum, dysentericis coeliacisq̃  
 prodest rubra foeminarum profluita si  
 sit. Nascitur in pratis & palustribus.  
 Aeg. Semen eius austerum cum vino,  
 coeliacis, dysentericis, & sanguinē spū  
 entibus datur, iterū ad fluxorem mulle  
 brem acetabuli mensura.

**LINI** semen ex primo gradu calidum est, inter humectantia siccantiaq̃  
 medium. Manducatum flatu creat,  
 etiam s̄frictum fuerit. ληνόςπε  
 ρμου  
 Bazari  
 chichen

**LINGVÆ** herba Plinio nascitur  
 circa fontes. Radix eius combusta &  
 trita cum adipe suis, alopecia emen  
 dat vnguentum in sole (eandem ali  
 bi lingulacā vocat.) \*

**LYSIMACHIA**, quam aliqui  
 lytron appellant, caules emittit cubita  
 les, altioresq̃, fruticosos, tenues, pro  
 deūtib; geniculatim foliis, tenuibus  
 salicis figura, gustu adstringentibus, flo  
 re rufo aut aureo. gignitur in aquosis λυσισμα  
 χίου

# PLANTARVM

& palustribus. acerrimum nidorem sus-  
 fita reddit, qua de causa serpentes fugat.  
 & muscas interficit. Aegi. Vim habet  
 excellenter astringentiam, qua & vlnera  
 glutinat, & sanguinem compescit, tum  
 ipsum, tum ipsius succus, intestinorum  
 tormina & polum, & ab inferioribus  
 partibus injectum sanat.

λίθοσπε  
 ρμου  
 Kulb.

**LITHOSPERMON** a seminis  
 duritia nomen accepit, foliis est oleæ  
 longioribus, & latioribus, mollioribus  
 iacent humi, quæ ab radice exiliunt ra-  
 mulis surculosis, rectis, tenuibus, fir-  
 mis, crassitudine acuti iunci, in quorū  
 cacumine bifidi exortus, cauliculorum  
 speciem exhibent foliis longis, inter quæ  
 paruum semen, rotundum, cui magni-  
 tudine, duritia lapidea. Nascit in aspe-  
 ris & æditis locis, Aeg. Alii diosporon  
 alii heraclion vocant, herbarum ætonichi  
 dictæ semen est lapideum, album, quod  
 cum vino albo potum calculos frangit  
 & urinam pellit.

↑  
 αειθε.  
 Sceilē.  
 zeuen.  
 λονχίτις

**LOLLIVM**, quod inter segetes na-  
 scitur. Aeg. Calfacit, siccat, tertio ser-  
 me ordine, iridi facultatibus simile.

**LONCHITIS** folia habet por-

fi, latiora, rubentia, plurima, ad radicem circumfracta, veluti in terram procumbentia, pauca in caule, in quo florea ceu galericuli, hiantibus comicis personis similes, nigri, & e rictu albam exerentes velut linguam, quæ ad labrū inferius spectet, semen inuolucris clausum lanceæ simile, triangulum, vnde sibi cognomentum arrogauit, radix dauci. Nascitur in fitiētibus & asperis. Radix ex vino pota vrinam ciet. Altera est lonchitis, quam aliqui asperam lonchitin dicunt. folia scolopendrii emittit, sed asperiora maioraq; ac multo magis diuisa. Folia viridia. Vulneribus mirum in modum profunt, in eisq; inflammationes excitari non patiūtur. arida pota ex aceto lienem absumunt, vel indurato medentur. Aegineta.

LOTVS arbor est vastæ magnitudinis, ferens baccam pipere maiorem, dulcem, cibus gratam, stomacho facilem. Aegineta. Extenuat, siccatur, & mediocriter astringit, quæ de causa ad fluxum muliebrem, alui fluores si cum vino aut aqua bibatur, aut etiam infundatur clystere, salutaris

PLANTIVM

er. pilos defluos confirmat.

Αβοτες  
αιγυπ  
πτια  
Badar ē  
arbor,  
& fru  
ctus na  
bach.

ER & in Aegypto LOTVS, quæ  
in campis flumine inundatis provenit  
caule fabæ, flore paruo, cædido, illo si  
mili, quem tradunt occidente sole cõs  
primi, occludi, ad ortum autem ape  
riri. addunt, caput ipsum vespera aq̃s  
cõdi, & ad exortum solis emergere. Ga  
put quale papaueris, maximum, & itus  
grana ceu milii, quæ Aegyptii excicāt  
& in panes cogit. Radicem lotos hæc  
habet mali cotonei similitudine, quæ  
cruda coctaq̃ mādatur, decoctaq̃ lutei  
oui qualitatem exhibet. (Aeg. nihil p̃  
terea.)

λωτες  
ν̄μερος

LOTVM urbanam alii trifoliū vo  
cāt. nascit̃ in hortis. extractus succus,  
addito melle, oculor̃ arg̃ma, nubecu  
las, cæterasq̃ caligines discutit. Aegi.  
Abstergit, modice sic. calore tepata ē.

λωτες  
αγριος.

Sylvestris LOTVS nascitur pluri  
mum in Libya. Caulem fert bicubita  
lem, aut etiam maiorem, multis alar̃  
cavis. folia loti trifolliō in pratis nascē  
ti similia, semen foeno græco, multa ta  
men minus, sapore medicato. Aegine  
ra, Semen eius cal. secundo, habet nõ

nitit etiam absterforium.

Satius L V P I N V S notus ē. *Aeg. μολ. Tarin.* Gi-  
gnūtur & sylueſtres lupini, ſatiuis ſimi-  
les, ſed omnino minores, qui eadē quæ  
ſatiui poſſunt. Aeg. Lupinus eſculētus  
quidem obſtruēdi viribus poller, amas-  
rus abſtergit, diſſipat, & ſine morſu de-  
ſiccāt, lumbricōs occidunt illiti, & po-  
ti. Viſcera purgāt cum ruta & pipere  
potu. Cutis vitia extergunt. tumores  
diſſipant cum oxymellē illiti. Sylue-  
ſtres autem lupini amariores ſunt, &  
omni ex parte ſatūo valentiores.

L V P V M ſalictarium Plinius iter  
oblectamēta verius quæcibus numerat. \*  
(Caulibus aculeatis longiſſimis quæ in  
vepibus & ſalictis reptat, foliis vitis  
albæ, hiſpidis & nigrioribus, flore cine-  
reo ac multis exilibus folliculis ſqua-  
matim compacti. Hoc frugibus admi-  
ſto Germani ſuam cōdiunt ceruiſiam.  
Teneris eius turionibus in acetariis  
vtemur. Refrigerat, & collectionū im-  
petus lenit. Sedat ſtomachi inflāmatio-  
nes ex ſero porus. Bilem regio morbo  
laborātibus detrahit. Pituitam in aqua  
intercutem exigit per aluam. in capitis

PLANTARVM

dolore, qui mediū capitis occupet, eius succus illinitur, item quoties immo-  
cos æstus mitigare necessum sit.)

**L V T E A E** herba Vitruuius memi-  
nit. Qui non possunt, inquit, chrysol-  
la propter caritatem vti, herba quæ lu-  
teum appellatur, cœruleum inficiunt,  
& vtuntur viridissimo colore. (Lutea  
sunt, qui lysimachium interpretentur).

M

μακερ  
Bisbese

**M** Acer ex Barbaria aduehitur,  
cortex flauescens, crassus, gu-  
su perquam astringens. Aegi.  
Cortex est qui ex india importatur, sic.  
& inter calorem & frigiditatem mediū  
obtinet. Est etiam astringens, tenuisq̃,  
vnde cœliacis & intestinorum tormini-  
bus auxiliariis habetur. Porro macer, si  
ue macis Arabum, quære in Moscho-  
caryo.

μαλαβα  
βου.

**M A L A B A T H R V M** arbiterā-  
tur aliqui esse Indici nardi folium, facti  
quadam odoris cognatione. per multa  
enim nardum olent, quemadmodum  
phu, asarum, niris, secus autem res se  
habet. Namq̃ malabathrum foliū sui  
generis est, quod Indicæ gignunt palu-



des, lentis palustris modo inatans ags,  
 sine radice. Id collectū statim lino tran-  
 sinitur, & siccatum reconditur. Tradūt  
 siccatis æstiuo feruore aquis, humum  
 aridis fruticibus vri, quod vbi non eue-  
 nerit, ne amplius quidē renasci. laudat  
 recens, ex cādido nigricans, integrum,  
 nec fragile, odore caput feriens, quod  
 diu insuauj odore permaneat, & nardū  
 sapore imitetur, nullo salis gustu. Infir-  
 mum vero, & minutim conculsum, præ-  
 sertim si cariosum virus olet, vitiosū  
 est. Aegi. Malabathri folium æqualis  
 spicæ nardi vires repræsentat.

**MALACOCISSVM** Demo-  
 cricus aquilex mollibus hederæ foliis  
 depingit, caule tenerr, sese cuicumque  
 quod fuerit nactus inuolvente. Subesse  
 aquam vbi reperitur affirmat.

\* μαλακω  
 κομισθ  
 σες.

**MALICORIVM** in Punica ma-  
 lo dicitur.

**MALVA** sativa esui longe aptior  
 syluestri. Aeg. Syluestris mediocriter  
 discutit, & emollit. Hortensis autē ceu  
 humidior, etiam imbecillior est. Semē  
 tanto viribus præstat, quanto & ficcius ē.

μαλακην  
 Chube  
 ze

**MALVAM** maiore Græci molo

\* μολο  
 λη.

# PLANTARVM

chen vocant, hanc Apuleius *basilicam* regiam dixisse mihi videtur, quævis eadem sit *asphodeli* appellatio.

*μηλα*  
Tuffa.

**MALIS** omnibus frigida & extre-  
mētita inest humiditas, quæ in eorum  
censu tenera & aquosa sunt, frigiditate  
cæteris & humiditate præstant. Dulcia  
aquosa quidem, nō tamē manifeste fri-  
gida sunt. Austeri dulcibus quidem fri-  
gidiora, sed minus humida. Acida fri-  
gida quidem & ipsa, verum incidendi  
humores vētriculo inhaerentes vim tes-  
tantur. Acerba, cuius modi cotonea &  
struthia sunt, frigido & terrestri dona-  
ta temperamēto vētrem supprimunt,  
vulnera glutinant. Parimodo folia suc-  
ci, & cortices arborum inter se differ-  
runt. Aegineta.

*μικμ'εως*

**MAMIRAS** veluti radiculae her-  
bæ cuiusdam est cœu geniculis frequen-  
tibus nodosis, quæ cicatrices & albu-  
gines extenuare creditur, exterendī ni-  
mirum facultate prædita. Aegi.

*μικρ'εως*  
Vogus.

**MANDRAGORAM**, aliqui  
antimalum, alii circæam vocant, quo-  
niam videatur radix ad amatoria cōdu-  
cere. Duo eius genera, niger, quæ for-

minima existimatur thridacias appellat  
 eus, angustioribus foliis, ac minoribus  
 quam lactucæ. graueolētibus, in terra  
 sparsis. mala gerit sorbis similia, palli  
 da, odorata, in quibus semen veluti py  
 rorum radicibus inhæret bene magnis  
 binis, ternisue, inter se conuolutis, ni  
 gris foris, intus albis, crasso cortice ve  
 stitis, verum is mandragoras caule vis  
 duus est. Alter candidus, qui mas dicit  
 nonnullis norion vocitatus. huius folia  
 magna, alba, lata, læuia, vt betæ, mala  
 quam alterius duplo maiora, colore i  
 crocum inclināte, iucunde cum grauis  
 tate quadam olenria, horum pomorū  
 cibo aliquātum opilioes soporantur.  
 radix, alterius similis, maior & candi  
 dior, orbata caule. Succus fit ex cortice  
 recentis radicis tuso, & prælis subiecto  
 qui insolatus, vbi cōtreuit, fictili recon  
 ditur. Malis quoq; succus de promitur  
 sed aliquanto ignauior. Delibratur ra  
 dix, & trajectus lino cortex, ad vsum su  
 speditur. Aliqui radices in vino ad ter  
 tias coquunt, & defæcatum ius seruāt,  
 cyathosq; vno vtūtur, in peruigiliis, &  
 doloribus, & ante sectiones vñionesq;

## PLANTARVM

ne sentiantur. Scarificata pūctisq; mul-  
tifariam aperta radice, erumpēs lachry-  
ma, cauo vase recipitur. Aliquamētum  
autem succo lacteo præstantius est, sed  
non vbiq; vt experiētia docet, radices  
lacteo succo delachrymāt. Alium  
tradunt esse mandragorā, nomine mo-  
rion, in opacis iuxta Ipecus enatum, fo-  
liis albi mandragoræ, minoribus, al-  
bis, dodrantalibus, radicem ambiētib.  
quæ mollis est & cādida, paulo maior  
palmo, pollicemq; crassitudine æquat.  
Tradunt eam in pane, ossa, obsonioue,  
dtachmæ pondere deuoratam, vsum  
ratiōis interciperē. Obdormiscit enim  
homo, eo ferē quō comæderit habitu.  
sensus impōs, cernis quaternisue, ex  
quo data est, horis. Hac medici vrūtur,  
cum scindēdi, vrendiq; necessitas adest.  
Antidotum esse volunt radicem, cum  
manico salano potam. Aegi. Mandra-  
goras frigefacit, Mala ipsius etiam ca-  
liditatem quampiam cum humiditate  
id referunt, vnde soporē grauem ho-  
mini possunt accerfire. At radice cor-  
tex vehemētissimus, non refrigerat mo-  
do, sed etiam ficcat, interior eius pars

imbecillior est.

**MARRUBIUM**, frutex est ab radice ramosus, candicans, subhirsutus quadrangularibus ramis. folium pollicem æquat, subrotundum, hispidum, rugosum, gustu amaro. semen in caulibus & ex intervallis. flores verticillato ambitu, asperi. Nascitur propter ædificia, ruinas, & rudera. Aegi. Cal. 2. amplius autem ficit, iecur lienemq; obstructionibus liberat, excreationes e thorace & pulmonibus, mensesque promouet. illitum extergit, discutitq; præcipua extersoria incisoriaq; vi præditum.

πεδου  
Farasio.

**MARVM** herba cognita vulgo, surculosa, flore origani, foliis multo candidioribus, flore odoratiore. Vim habet silymbrio consimilem, substringit enim, & modice calfacit. qua de causa illitu serpentina ulcera sistit, & in calidas illitiones additur. iuxta Magnesium & Tralleis copiosissima generatur.

μαρου.

**MASTICHE**, vide Lætisci resinā.

**MEDICA** cum recenter prædit, foliis & caule trifolio pratensi similis est.

μαδικη.

# PLANTARVM

precedēs vero folia cōtrahit, caules edēs trifoliis, & filiquas corniculorū modo intortas, in qbus semen lētis magnitudine depēdet. Id siccatum, iucūdi saporis gratia, cōditaneo sali admisceſ, viride, qbus refrigeratione opus eſt, illi ſuffragatur. Herba tota p̄ gramine vītūtur, q̄ pecora alunt. (Aeg. nō habet.)

μυδιου.

**M E D I O N** in ſaxis & opacis naſcitur. folia habet iridis, caulē tricubitalē, & in eo florem grādē: purpureum, rotūdum, ſemine cnicī, minuto, radicē dodrantalē. craſſitudine baculi, gūſtu acerbō. Aeg. Medii radix vires ſemini cōtrarias p̄ ſe fert. eſt enī auſtera, & fluxiones comprimit, ideoq̄ muliebrem fluxum ſiſtit. Semen quum tenuis incidentiſq̄ ſit facultatis ſemenſes quoque proritat.

**M E L A M P Y R O** in Myagro deſcribitur.

αλιαντος.

Alchil mellich.

**M E L A N T H I V M**, vide Gith. **S E R T V L A** Campana laudatiſſima in Attica & Cyzico & Chalcedone nata, cuius color vicinus eſt croco, boni odoris. Naſcitur & in Campania circa Nolam, colore in luteum lāgueſcente.

scente, odore infirmo. Aeg. Dhuersis fa-  
cultatib. poller, astringendi, discutien-  
di, & concoquendi.

MELISSOPHYLLON, vide  
Apiastrum.

MENTHA, cognita herba est. Syl <sup>v d' u o r o</sup>  
uestris mentha. Latini menthastrum vo <sup>u s.</sup>  
cant, hirsutior est folio, & proflus mai-  
ore quam filymbrii, grauiori odore,  
quare minus ad sanorum vsus expetis-  
tur. Aeg. Mentha cal. 3. tenuis, acris,  
cū humiditate semicocta existit, cuius  
causa etiam in venerem incitat. Ama-  
ri quoque nonnihil obtinet, quo lūbric-  
os enecat. Qua vero acerba est, recen-  
tes sanguinis eruptiones coërcet.

LINOZOSTIS, aliq partheniō, <sup>αινιζωο</sup>  
alii hermu botaniō appellant, foliis cō <sup>σις</sup>  
stat ocymi, minorib. helixinæ cognatis  
ramulis duplici geniculorū modo cin-  
ctis, alarū cauis multis, fructu foeminæ  
copioso, quandam racemorū speciem  
præbente, mari e foliorū sinu dependē-  
te, paruo, rotundo. ceu binis testiculis  
vna coherentibus, frutice dodrantali,  
aut maiore. ytraq; in oleribus mandi-  
tur, ad aliuuarendam. Aeg. Aluum

# PLANTARVM

liberaliter subducit, illita discutit. Sciendumque est, eius semen infricatū corporis excrementias præter naturam, quas vulgus vocat naphia, abolere, sicut experientia comprobatum est. Sed viride semen esse oportet, & frequenter tuberculis illis infricari.

ΜΕΣΠΙΣ  
Λες.  
Zaror.

**MESPILVS**, quæ a nonnullis Aronia vocatur, spinosa arbor est, folio acuta spinæ, fert pomum suave, exiguum, tribus intus ossiculis. quæ ex caula id nonnulli tricoccon appellauerunt. tarde maturescit, esu adstringit, stomacho gratum est, aluumque supprimit. Alterum mespili genus in Italia nascitur, quod aliqui fetanium, alii epimelida vocant. arbor foliis mali, sed minoribus, pomum fert rotundum, esui aptum, vmbilico latiore, quod astringit, seroque maturescit. Aegineta, Mespila, alii tricocca vocant, fructus est assatim acerbus, & vix esculentus, aluumque continens. Germina foliaque mespili impense acerba sunt.

ΜΕΟΝ  
Μυ.

**MEON**, quod Athamanticum vocant, in Macedonia & Hispania plurimum gignitur, anetho foliis & caule si



mitte, sed eo crassius. binum ferme cubitorum altitudine attollitur, sparsis in obliquum rectumque radicibus, longis, tenuibus, odoratis, linguam excalescentibus. Aeg. Met radices calefac. & sic. 2. ideoque urinam & menses cient, Liberalius meon assumptum, capitis facit dolores.

MYAGRON, aliqui melampyrion *μυαγρον* vocant, herba est surculacea, foliis rubris, pallidis trepidanea. semen oleosum, feno graeco simile. Quod confusum igni torrent, perunctisque virgibus ad lucernarum lumina vtuntur. hoc pingui, scabricias corporis leuigari, atque expoliri, constat. Aeg. Quod in femine oleosum haberur, viribus est opplendi. Perperam apud Aeginetam duobus in locis, primum in Myagro, dein Myaro, eadem de re tractatur.

MYLES radix paruo bulbo similis est, constringit, itaque cum lolii farina apposita vterum apertum sanat, Galenus. (Eandem esse apparet Dioscoridi dictam Moly. itaque illius descriptionem hinc emendare poteris.)

MILLARIA herba miliogetilis 藥

PLANTARVM

est, nomen habet, quod milium implet  
cando enecet. Hac trita, & cornu cum  
vino infusa, podagras iumentorum sanat.

MILITARIS, vide Lactoris.

κείχηρος.  
λευκός.

Milium in panes coactum, minus  
ceteris frugibus, ait. Aegi. Milium frigit.  
1. sic. 2. Habet etiam modicam extenu  
andi facultatem, extrinsecus igitur in  
sacculis ad fouendum adhibitum, & il  
litum deficere consuevit.

κείχηρος  
ινδικός.

\*

MILIVM Indicum in Italia Ner  
ronis principatu conuectum, nigrum co  
lore, amplum grano, arundineum cul  
mo, Adolefcit ad pedes altitudine tea  
pce prægrandibus culmibus, lobas vocat,  
omnium frugum fertilissimum. Ex  
vno grano terni sextarii gignuntur. Sa  
ri debet in humidis.

μυρίδα  
φύλλα.

MYRIOPHYLLVM, siue mil  
lesfolium, caulis est tener, singularis,  
vnica nixus radice, plurimis foliis, la  
uibibus, foeniculo similibus, vnde nomen  
accepit. caulis flauescit varius, ac velut  
si ex industria delimitus, nascitur in pa  
lustribus. Aegine. Adeo siccatur, vt vul  
nera glutinet.

μυρίκου

MYRICA, seu tamarix, arbor,

volgo cognita est, cum apud pigras & stagnantes aquas enascatur, fructu quasi florem ferens compage multosolum, Aegyptus Syriaque alteram gignunt mitiorem, sylvestri cætera similem. Fructum parit gallæ proximum, inæqualiter astringentem gustu. Aegi. Tamarix incidit, extergitque, ita ut manifeste non siccat, sed astrictionem quoque nonnullam obtineat, qua de causa decoctum ipsius potum lienes adiuuat, dentiumque doloribus medetur. Fructus & cortex ipsius gallæ virtute proximus est. Cinis arboris vehementius exiccat.

Athel.  
Abohas  
nifa.  
Tarfa.

**M Y R R H A** lachryma est arboris, quæ in Arabia gignitur, Aegyptiæ spinæ non dissimilis, e cuius vulnere defluit lachryma in subiectas tegetes. alia circum caudicem concrescit. Dicitur ex his aliqua pedisimos, præpinguis, qua expressa, statim emittitur. alia gabiæa, pinguis, læto & pingui solo nascens, ea copiosam sudat statim. Omnium prima est, quæ troglodytica appellatur accepto, cognomine ab loco, in quo provenit, splendens, subviridis, ac mordens quinetiã legitur tenuis quædam, quæ a

μυρρε

## PLANTARVM

troglodyrica secunda est, bdelii modo  
 mollis, verum odore grauiuscula, aprī  
 cis nascens. Alia caucalis cognomina  
 tur, præter modum exoleta, nigra, &  
 retorrīda Omnium deterrima, quæ er  
 gasima dicitur, pingui carēs, cano situ  
 obduēta, acris, ad gummi imaginem  
 vergens, & viribus eius proxima. ipro  
 batur aminnea cognomine. Ex iis pa  
 silli fiunt, sed e pinguibus pingues, &  
 odorati, e siccoribus haudquaquam  
 pingues, & inodorati. minus odore pol  
 let, quæ oleum non admittit, cum in pa  
 sillos digerebatur. Adulteratur mace  
 rato gummi aqua, in qua myrrha ma  
 duerit. Eligenda est recens, squallore  
 obsita, leuis, vndiq; concolor, quæ con  
 fracta venas vnguium modo candidas  
 & læues ostendat, minutis glebis, ama  
 ra, acris, odorata, calfaciens. superua  
 cua & inutilis est ponderosa, coloris  
 piceī. Fit e myrrha, perinde atque thu  
 re, fuligo, & (vt postea ostendemus) ad  
 eadem conueniens. Bœotica myrrha,  
 dissecta radix est arboris cuiusdam in  
 Bœotia nascentis. Melior est quæ myr  
 sham odore repræsentat. Arg. Cal. sic.

2. Capitis vulnera si illinatur glutinat; item amaram vim obtinet, qua vētris lumbricos & fœtus occidit. ad hæc abstergit, eoque oculariis medicinis temperatur. humores pectori infixos expurgat, ita vt fauces non asperet. Bœotica myrrha vires habet calefaciendi, emolliendi, & dissoluendi.

MYRRHIS, simillima ē cicutæ; μυρρῆς.  
 caule foliisque. radix ei oblonga, mollis vel myr  
 rotunda, cibo non insuavis. Aeg. Cal. rha.  
 2. ac non nihil etiam extenuat. radix illi odorata dulcisq; est, mensibus mouendis, & humoribus e thorace ac pulmone repurgandis idonea.

MYRTUS sativa nigra utilior est μυρτινῆς.  
 medicinæ quam candida, & in hoc genere multo magis montana. semen tamē imbecillius parit Aes.

MYRTIDANVM dicitur myrti μυρτιδανῶν.  
 adnatum inæquabile, verrucosum, δανῶν.  
 intumescensq; & concolor. quod pinde Ματίδα.  
 quasi manus myrti caudicem amplectitur. magis quam myrtus adstringit. bon.  
 ruscum addito austero vino reponit, coactumq; in pastillos sicatur in umbra, multo efficacius & folio & semine,

# PLANTARVM

cerato, pessis, infessioibus, cataplasma-  
tis admittum, vbi adstringendum aliqd  
est. Aeg. Myrtus ex diuersis composita  
est substantiis, pollet in ea terrestri isfri-  
giditas, qua valenter siccatur. Myrtulave-  
ro, seu myrtidanu, maiore vi in astrin-  
gendo & siccando scaturit. Folia etiã aris-  
diora viridibus magis siccant. Fructus  
succusq; tum foris applicari, tum intus  
assumpti, persimiles vires præ se ferunt.

\* μέρις  
σταίου

**MITHRIDATION** folia ha-  
bet, inquit Plinius, duo a radice acatho-  
familia, caulis inter vtraq; sustinens flo-  
rem roseum.

\* μύξα.

Abhã,  
fa.  
ΜΟΚαί  
τα vel  
Μοθεϊ  
ca.

**MYXA** arbor Damascenæ pruno  
popularis, in Syria & Aegypto olim gi-  
gnebatur, nunc est familiaris Italiae. Fru-  
ctus etiam myxa, vel myxaria dicuntur,  
olim Sebastii, in Augusti honorem, ut  
verisimile est. Aeg. Arboris fructus est  
minor quidem prunis, facultate vero  
consimilis.

μύλο

**MOLY** folia habet graminis latio-  
ra, humi sparsa, florem albæ violæ si-  
milis, sed minorē, lactei coloris, cau-  
lem candidum, quaternum cubitorum,  
in cuius cacumine inest aliquid quod

alii speciem referat. radix parva, bul-  
bosa, quæ mirum in modum valet ad  
aperiendas vulvas, si trita cum iuno  
unguento in peflo subiiciatur. (Aegi.  
non habet, præter rutam sylueftrem)  
Vide Mylen.

Aliud MOLY in ruta sylueftri de-  
fcribitur.

MOLYBDAENA herba, id est, \* *μολύβδα*  
plumbago, Plinio in aruis nascitur, fo- *βδα*  
lio lapathi, radice crassa, hispida, qua  
commanducata, oculisque subinde res-  
ligata, plumbum (quod est genus vitii)  
ex oculis tollitur.

MOLLIGO hippophæfii est.

MORI fructus maturus quidem  
alium subducit, & medicamentis ro-  
maticis aliis, quæ moderatam requi-  
runt astringentem, vtiliter miscetur,  
immaturus vbi exaruerit, perquam a-  
stringens fit medicamentum, cortex  
autem radice arboris etiam amaritus-  
dinis cuiusdam particeps, purgare po-  
teft, eorumque latos lumbricos occidit. fo-  
liorum autem furculorumque vis subdu-  
centium & comprimentium media quo-  
dammodo existit. Aegi.

*σνκείμο*  
505.  
Tuta

PLANTARVM

**μσσχός** **MOSCHOCARYON**, vel  
**κάρυον** moschocaridion Græcis recentioribus  
**leūbane** appellatum India mittit (nos ea imita  
**lūbagne** tione nucem moschatā nominamus.)  
 Hic fructus dum recens est, torus succo pingui & oleolo madet, sicut in vnguētum exteri possit. vnde multis myreplica, seu myristica, id est, vnguentaria nux dici coepit. Probatur recēs, quæ nullam senserit cariem, pōderosa, præpinguis, colore in rubrum inclinato. Aluum astringit, distendentes stomachum spiritus discutit, oris suauitatē commēdat, stomachum & iecur roborat. Lentigines in facie, & impetigines emendat. lienem incremento laborantem reprimat. Apud Aëtium Caryon hoc aromaticum (sic enim vocat) calescit facit siccatur. 2. Arabes macis nomine extimam intelligunt huius nucis membranam vel folliculum. Antefertur is qui colore ruffo vel flauo rutilat, odore suauis, cū leui acumine. improbaturnigricans. Sic. 3. partiumque tenuitate præstat, cæteras habens suæ nucis doses. Arbos autem ipsa vulgari Persico similis traditur, roseo flore, & nucē,



quam declarauimus, eiusdem prope effectus cuius & caryophyllon.

Bryon, id est M V S C V S, a quibusdam spiachnon appellatur, in cedro arbore, populo alba, & quercu inuenitur. Optimum est cedrinum; proximum populaneum. in quo genere candidum & odoratius praestat, nigricans improbat. Aegi. Inuenitur etiam in piceis. Discutiendi simul & molliendi vim moderatam obtinet.

βρυόν  
Azaceh

Marinus M V S C V S nascitur in scopulis, testaceisque, haud procul a mari gracilis; capillaceus, caulis exers. Aegi. Refrigerat simul & astrin- git, coque feruentes inflammationes illitum adiuvat.

βρυόν  
θαλάσσιον

N

**N**API cocta radix inflat, modicum cum alit. semen eius totum venenorum vires hebetat. antidotis admiscetur. Conditur sale radix. Aegi. Napus & rapa si bis coquatur, nihilominus quam reliquae stirpes alit, continue autem assumpta, crassum succum procreant.

βουναίος

# PLANTARVM

## NARCAPHTHVM ex India

**Nabach** defertur, corticosum, simile fycorori  
**Lafaha** libro, quod iacundi odoris gratia suffi-  
**tan.** citur. Miscetur thymiamatis cōposi-  
 tis. Aeg. Naocanthon, sunt qui nacaph-  
 thon dicunt, Indicum est odoramen-  
 tum, quod ad astrictos foeminarum lo-  
 cos suffitu vaporatur.

нарцис-  
 сус  
**Narces.**

**NARCISVM** sunt qui, ut lili-  
 um, lirim appellarint. folia porro si-  
 milia, tenuia, multo minora, & angus-  
 tiora, caulis vacuus, & sine foliis, su-  
 pra dodrantem attollitur. flos albus,  
 intus croceus, in quibusdā purpureus,  
 radix intus alba, rotunda, bulbosa, fe-  
 men velut in tunica, nigrum, longum,  
 probatissimum nascitur in montibus,  
 suavi odore. cæteri porrum imitantur,  
 atq; herbaceum virus olēt. Aeg. Radix  
 eius adeo desiccatur, ut maximis vñneri-  
 bus sit glutinandis, imo etiam tendinū  
 præcisionibus cōferat. Cæterum abster-  
 gendi & attrahendi vim quandā habet.

нарцис.  
**Sumbel**

Duo **NARDI** genera, vnum Indi-  
 cum, alterum Syriacum appellatur, nō  
 quod in Syria proueniat, sed quod  
 montis in quo oritur, pars vna ad Sy-

rios, pars altera ad Indos refertur. Ex hoc Syriaci genere præcipuum est recens & leue, largam gerens comam, flavum colore, perquam odoratum, ac cyperum redolens, breui spica, amaro sapore, linguam ficcante, quod diu in sua odoris gratia permaneat. Ex Indicis autem naidum quoddam Gangitis vocatur, a fluvio Gange, apud quæ nascitur, montem præterfluente. quod genus ob multam loci, in quo prodit, vlliginem, viribus infirmius est, atq; procerius, adolescit, plures ferens spicas ab unica radice comosas, vnaq; conuolutas, ac grauitè olentes. Montanum autem odoratius, spica breui ac mutila, odore cypero vichit, cæteras habens Syriaci dotes. Est & genus quoddam, cui Sampharitico nomen locus indicat, frutice breui, in magnas se spargens spicas, candidiore iterim medio caule, hircorum virus supra modum redolente, quod improbat. Madefactum vendi solet, quod vitium ex eo deprehenditur, quod candida sit spica, & squalida, nulloq; puluere obsita. Adulteratur silbio cum aqua aut palmeo vino, in

# PLANTARVM

spiffationis ponderisq; causa ispirato.  
Intueri autem oportet si lutum radici  
bus infideat, & incetniculo puluërem  
excutere, eluendis manibus vtilem.

Aeg. Spicæ nardi radix cal. 1 . sic. 2. par  
ticeps est etiam astringentis cuiusdam  
qualitatis, acris & subamaræ. locinori  
prodest & stomacho, extrinsecus admo  
ta & ebibita. Urinam mouet, & intera  
neorum fluxiones deficcet, Indica valē  
tior est quam Syriaca, & nigrior.

νάρδος  
πικτή,

Gelticum NARDVM nascitur i  
Liguriæ Alpibus, saluunca patrio nos  
mine appellatum, prouenitq; in Istria.  
Exigue fruticat, & cū radicibus in ma  
nuales fasciculos componitur. Folia ha  
bet oblonga, colore in flauum languis  
do, florem lateum. Cauliculorum & ra  
dicum dūtaxat vsus est, & odoris suas  
uitas, vñ pridie fasciculos aqua abluere  
expedit, & exempta terra paulo sō  
lo atque humenti subiecta charta repo  
nere, postridie repurgare. siquidem vti  
le, cum aceroso alienoque propter hus  
moris vim, non excutitur. Adulterat  
ur imposita herba simili, quæ hircu  
lus vocatur, ab odoris grauitate, sed

facilis cognitio. nāq; herba candidior est, sine cauliculo, minoribus foliis, radice neq; amara, neq; odorata, vti verū nardum est. Itaq; radices atq; cauliculi abiectis foliis triti secernuntur, vino excipiuntur, digerunturq; in pastillos, & ita fistili nouo diligenter operito, asseruari debent. Laudatur maxime recens, iucundi odoris, radice numerosa cohærens, plenum, nec fragile. Aegin. Nardus Gallica superiori vires habet æquales, sed imbecilliores, præterquā ad vrinam ciendam, caldior enim est quam illa, minusq; astringit.

Montanum NARDVM, quod <sup>v̄x̄p̄d̄c̄</sup> ab aliquibus thylacitis & niris appella <sup>ō̄p̄arv̄.</sup> tur, in Cilicia & Syria nascitur, furculo & foliis eryngio similibus, minoribus, minime tamen spinosis asperisque. Radicibus binis nititur, aut pluribus, nigris, odoratis, ceu hastulæ regiz, sed longe gracilioribus, & longe minoribus. Neque caulem, neque fructum, neque florem profert. Ad eadem ad quæ Celticum, efficax. Aeg. Nominatur etiam pyritis, iam cōmemoratis est infirmior.

**PLANTARVM**  
**NACAPHTHYM.** Vide *marcar-*  
*phthum.*

καρδαμ  
μου,

**NASTVRTIVM** optimum con-  
stat esse *Babylonicum.* Aeg. Semē eius  
sinapis modo vrit, vnde etiam illitum  
cutem exasperat. Crassos humores cū  
aliis potum incidit. Herba quidem ari-  
da semini viribus respondet, humida  
moderatiores est, ideoque crudam ipsam  
assumunt.

σφραγ.  
καρδαμ  
μου

**NERION** aliqui *rhododaphnen,*  
alii *rhododendron* vocāt, frutex est vul-  
garis notitiæ, longioribus quam amyg-  
dala foliis, asperioribusq̃, flore in ro-  
sam conformato, fructu nuci græcæ si-  
mili, corniculato qui patefactus quan-  
dam lanosam naturam ostendit, spina-  
rum pappos repræsentantem, radice  
longa, acuta, lignosa, gustanti salsa. na-  
scitur in amœnis, maritimis, & secus  
amnes. Aeg. nerion extinsecus illitū  
discutit, in corpus assumptum occi-  
dit.

σφραγ.  
Nenu-  
lar

**NIGELLA.** quære *Gith.*  
**NYMPHÆA** nascitur in paludi-  
bus & stagnantibus aquis, foliis fabæ  
*Aegyptiæ,* minoribus, & longioribus,  
aliis

alifs i ſūma aqua, aliis demerſis, pluri  
 bus ex radice eadem prodeuntibus, flo  
 re lilio ſimili, albo, & in medio crocos  
 habente, cum deſloruerit, vt rotundum  
 malum, aut papaueris caput, extuber  
 rat. nigro ſemine. d. niſo, & lato. lenti  
 giſtus. caulis eſt læuis, niger, minime  
 craſſus, ciborio cognatus. radix nigra,  
 ſcabra, clauæ ſimilis, quæ autumnō ſe  
 catur. Nymphææ nomen ſibi vendical  
 ſe videtur, quoniam aquoſa amet plu  
 riſima inuenitur in Elide, in Enygro am  
 ne, & in Bœotiz Aliaico. Eſt & altera  
 nymphæa, cuius flos blephara dicitur,  
 foliis antedictæ, radice alba. ſcabra, flo  
 re luteo, nitente, roſæ ſimili. Naſcitur  
 in Theſſalia, amne Peneo, Aeg. nym  
 phæa vires habet, ſine roſione ſiccas,  
 quibus & ventrem reprimiſt & genitu  
 ram arefacit. Quæ radicem albam ha  
 bet, valentior eſt, eoq; fluxum mulie  
 brem cum vino nigro & auſtero pota  
 perſanat. Quæ vero nigram, deterſo  
 ria quoque vi nonnulla pollet, eoq; vti  
 ligines, alphas dictas, cum aqua exte  
 rit, pilorum deſluuia cum pice liquida  
 illita replet.



PLANTARVM

κάρνα  
ποντικά  
Agileū. **N V C E S** auellanz, quas & leptos  
carya vocant, stomacho infestæ sunt.

**Aeg.** Vocant & pōticas. frigidiores sūt  
& austeræ, i cæteris, iuglādibus æq̄les.

κάρνου  
βασιλι  
κόχ ὕπερ  
κόχ.  
**N V C E S** iuglandes, quas nonnul  
li Perficas vocant. Aeg. Nucis arboris  
coliculi aliqd habent quod astringat,  
plurimū iuglandium calyx puluvinatus  
succus itaq̄ eorum decoctus cum mel

leum. le, stomaticum fit medicamentum. In  
terius inde putamen carinatum vñtum  
extenuādi vim acquirit, & sine rosione  
fiecat, Quod in eo claudis edendo aptū  
natura oleosum, facile bilē auget. Con  
fectum ex eo oleum extenuandi tumo  
res, & putredines quas sepedonas di  
cūt, discutiendi vim obtinet. Flaccescē  
tes itidem vetustate nucis membranæ  
cutis vitia abstergunt.

κάρνου  
Ἰνδική  
Neregil  
: **N V X** Indica a recentioribus Græ  
cis recensetur. Fructus palmæ cuiusdā  
Indicæ præmagnus atq̄ pinguis, cuius  
oleum butyro quoq̄ præferunt, bonita  
te succi. Calefacit secundo, humidat  
primo, Biliosis eo vsu interdicitur. Ti  
neosis veneris animalia pellit. Oleum  
quod ea exprimitur, cum sentit vetusta



tem, flatus digerit. Lumborum & genuum dolores mulcet. Sanguini a spiraculis venarum sedis mananti sublinitur ex oleo, quod nuclei malorum Perficorum reddiderunt, Vesicæ quoque malis opitulatur, & aluum fistit oleum quod recens nux stillavit.

○



**O C I M O I D E S**, Latini ocimum frum vocant, folia fert ocimi, & ramos dodrantales, hirsutos siliquas hyoscyamo similes, semine veggith nigro, prægnantes. Aeg. Sunt qui philetæron vocent. Inutilis quidem radix est, semen vero particulis tenue, citra rossonem ficans.

ὄκιμοειδὸς  
δ'ε'β'

**O C I M V M** vulgo cognitum. Aeg. Cal. 2. habet & humiditatem quandam excrementitiam, propter quam neque utile est intus assumptum, extrinsecus autem illitum discutit, & concoquit.

ὄκιμο  
Berenda  
rog.

**O C Y M V M** pabuli genus apud antiquos erat. segete viridi, dissecta, antequam gereret siliquas eo citabatur alium bubum. Varro dictum putat a celeritate pueriendi.

ὄκιμο  
μωγ

**O D O N T I D E S** feni genus fruticosum, triangulis flagellis, genicularis

ὄδοντιδὸς  
πιδ'ε'ς.

○ 2

PLANTARVM

nigro articularum nodo, foliis polygono longioribus, hordei semine in alis cauliculis densis, ab eadem radice geniculatis, flore purpureo pusillo, nascitur in pratis. Dicitur dolori medetur cauliculorum eius decoctum in vino. *zuo*  
 Nero, inde ductum nomen.

ἑνάνθη.

OENANTHE folia habet pastinacæ, florem candidum, caulem crassum, palmi altitudine, semine atriplicis radicem magnam, in multa rotunda capitula extuberantem. nascitur in pratis. Caulis eius, & folia cum mulso vino pota, secundas eiiciunt. Radix e vino, urinae stillicidio conuenit (& regio morbo, vt Paulus adiecit, Dioscoridem citans.)

ἑλαιο

Zaiton,

& zait

oleum.

OENANTHEN diuersam in vite syluestri dedimus.

OLEAE ramusculi quantum astringunt, tantum etiam refrigerant. fructus qui exacte ematuruit, moderate calidus est. Immaturus maiorem tum astringendi, tum refrigerandi vim repraesentat. Aegi.

ἑλαίος

οὐαίος

LACHRYMA quam Aethiopia olea stillat, scamoniae similis quae

dententus est, fulva, villis exilibus con  
 stans, mordax. quæ autem ammoniaci, xñs δδ/  
 aut gummi similitudinem refert, colo xsv04  
 retigricans, nec gustu mordens, super  
 vacua est. Nostrates oleę, oleastricę, si  
 milem lachrymam sudant, quæ cõmo  
 de ad oculorum hebetudines illinitur.  
 Appellatur autem Aethiopica & agre  
 ris olea. Aegineta, Olea Aethiopicę la  
 chryma ammoniacotenui similis, vi  
 res habet exterforias, quare ad cicatri  
 ces, albugines, hebetudinesq; oculorũ  
 cauruntur, & ad dentium dolores, si ca  
 vis ipsorum iniicitur, efficax est. Non  
 nulli vero sylvaticã eẽ hãc oleã asserũt

O N A G R A, siue onothera, aut δνδγρε,  
 nuris, frutex est arboris instar, prægrã  
 dis, amygdalino folio, sed latiore, lilio  
 non dissimili, flore rosaceo, magno, ra  
 dice candida, longa, cum ficcata est, vi  
 num olente. nascitur in mõtibus. Aqua  
 in qua radix maduerit, in potũ data, fe  
 ras mitigat, & cicures facit. illitũ quoq;  
 que tetra vlcera mulcet.

O N O B R Y C H I S, folia habet len  
 tis, longiora paulo, caulem dodrantas δνδβγυ  
 lem, florem purpureum, radicem par xñs,

# PLANTARVM

nam, nascitur in vliginosis & incultis.  
Herba suapte vi, si trita illinatur, tuber-  
cula dissipat cum vino pora, strangu-  
rias sanat. illita ex oleo, sudores mo-  
uet. Rarefacit, & discutit. Reliqua sunt  
eadem Dioscoridi.

*ὄνισμα.* **ONOSMA**, oblonga folia habet  
ad similitudinem anchuſæ, longitudi-  
ne quatuor digitorum, & vnus latitu-  
dine, mollia, in terra iacentia, sine cau-  
le, sine semine, sine flore. radice nititur  
longa, tenui, infirma, rubescence. gigni-  
tur, in asperis. Aegineta. Onoma, vel  
onomis, vel phlomitis, v' ononis, ac rē  
amarāq; vim obtinet, eāq; ob causam  
folia eius cum vino pora. fetus occi-  
dunt, expelluntque. (Hippocrates, Ono-  
sma simpliciter radicem appellasse mi-  
hi videtur.)

*ὄπιον.* **OPIVM** opimum habetur graue,  
& densum, gustu amarum, odoratu so-  
poriferum, quod facile aqua diluitur,  
læue, candidum, neq; a'perum, neque  
grumosum, quod inter colandum non  
vt cera coëat, & in sole diffundatur, de-  
in admotum lucernis, non atra luceat  
flamma, extinctum deniq; odoris vim

conferuet. Sed opion glaucio, gummi  
aut syluestris lactuce succo adulterat.  
Ves glaucio fucio fucatū, in dilutione  
croci colorem reddit, lactuceo succo  
fictum, exiliter spirat, & asperius spe-  
ctatur, gummi vitiatum, splendescit,  
& infirmum est. Nec desunt qui eo de-  
mentia deueniant, vt adipem ei admi-  
scent. Fictili non torretur ad ocu-  
lorum medicamenta, dum mollius.  
atq; rufius appareat Hoc autem modo  
is excipitur succus. Aliqui capita ipsa  
& folia tundunt, & prælo exprimunt,  
terentesq; in mortario digerunt in pa-  
stillos, id meconium vocatur, multum  
opio ignauius. Porro opii faciendi ra-  
tio hæc est, Cum ros in eo exaruerit;  
cultro decussatim in stellas, ne penitus  
adigatur, ex obliquo i rectum summā  
cutem incidere oportet, lachrymā ex-  
untem digito in concham abstergere,  
nec multo post redire, vt concreta inue-  
niatur. etenim quæ tum, aut postero  
die etiam offenditur, in vetere pila te-  
ri debet, & in pastillos cogi. Cū tamē  
inciditur, retrocedendum est, ne vesti-  
bus succus deradatur. Aegineta, Papa

## P L A N T A R V M

ner, quod prolixiore & proceriore constat calyce, medicarius vniuersis est, quapropter stuporem inducit, quousque interimat. Nā & ipsum, & eius lachryma, quam per excellentiam opion nuncupant, quarto refrigeratium abscessui ascribuntur.

O P O P A N A. X, lege Pānaces.

\* O P V L V S corno similis arbor; arbusto Gallico faciundo idonea, vltimiperitate adolescit, caudice recto, enodi, rarioribus ramis brachiato, frondibus fere vitigneis, baccis racematim dependentibus, prima pubertate viridibus, a maturitate puniceis. Ieiunium solum horret. Vitem alit, verum quia frondem nō habet idoneam, a plerisque repudiatur. Nullus eius in medicina traditur vsus. Testiculus, quem Graeci cynosorchia vocant, foliis circa caulem mollis oleæ similib. in terra stratis, longioribus, angustioribus, leuibus. caule dodrantali, floribus purpureis, radice bulbosa, oblonga, oliuæ modo angustata, duplici ordine, superiore, quæ plenior est, inferiore, quæ mollior ac rugosior. Eduntur radices coctæ, vt bulbif.

ὄψις.  
Chasi,  
alkeb.

nascitur in petrosis, & sabuletis. Testiculus alio nomine serapias, Andrea autore, vocatur, quoniam radix ad multa utilis fit. foliis est porri, latioribus, oblongis pinguibus, ex alarum sinu illis, caule palmeo, floribus pene purpureis, radice testiculis simili. Aegineta, Maioris in cynosorchi radice humida vis & calida est, eoque venerem incitat. Minoris calida & sicca, unde venerem coërcet. Serapias, vel triorchis, priore valentius desiccatur, quare laxos tumores dissipat, ulcera fœdida & putredini obnoxia repurgat, herpetas abigit inaresceta autem magis siccatur. Quoniam vero substrigere idonea est, alium quoque cum vino pota retinet.

σέρπις  
 ἢ  
 Ὀρχίς,  
 Σαδασ-  
 χία.

OREOSELINUM, caule est dodrantem alto, ab radice tenui exeunte, per cuius ambitum rami & capitula cicutæ, multo tamen tenuiora, semine xumini, oblongo, acris, & odorato, tenui nascitur in petrosis, & montibus. Nec hallucinari nos oportet, existimantes oreoselinum esse, quod in saxis provenit. aliud enim est petroselinum. Aeg. Viribus domestico æquale est, validius tamen.

ὄρεοσελίον  
 ἢ  
 ὄρεοσελίον

PLANTARVM

ὄριγανον

ORIGANVM Heracleoticum,

quod & cunilam vocant, folium habet  
hyssopo non dissimile, vmbellâq non  
in rotæ speciem orbiculatam, sed ve-  
luti multifidam, semine in summis vir-  
gis haudquaquam denso. Quæ onitis  
appellatur, cãdidiore est folio & hyssop  
o similior. Semen veluti coniunctos  
corymbos habet. Vis ei origani Hera-  
clei, sed multo inefficacior. Syluestre  
origanum, aliqui panaces Heracion,  
alii cunilam vocant, ex quibus est Nicæ-  
der Colophonius, foliis est origani, ra-  
mis tenuibus, dodrantem altis, in qui-  
bus umbellæ anethi insunt, flores can-  
didi, radix tenuis, superuacua. Peculia-  
riter percussis a serpente, folia & flores  
ex uino poti auxiliantur. Aegi. Omnia  
origani genera incidendi, extenuandi,  
siccandi, & calefaciendi uires in tertio  
abscessu ostendunt.

ὄριγανον

ὄριγανον

ἀργιου

ὄριζα

Arz.

\* ὄριζον

γλωσσος

ἄριζον

ORYZA frugum generis est, in  
palustribus riguisq nascens. Mediocri-  
ter alit. Aegi. Vim quandam astricta-  
riam præ se fert, qua etiam uentrem  
mediocriter cohibet.

ORNEOGLOSSON arbor



est ulmi specie, foliis amygdala, prae Lifem.  
 longis filiquis in furculorum cacumi Halaftr]  
 ne prodeuntib. oleagina magnitudine,  
 in quibus medulla inest linguae auis  
 similis, unde nomen, exterius rubra,  
 intus ex candore in luteum vergens,  
 sapore acri, cum nonnulla amaritudi-  
 ne. Ea cal. & laterum dolores sedat, vri  
 nam ciet, venerem stimulat, genitus  
 ram auget.

**ORNITHOGALVM** cauli δένδρον  
 culus est tener, candicans, tenuis, ses 209  
 quipedalis, tribus aut quatuor in ca-  
 cumine mollibus agnatis, a quibus  
 flores prodeunt, foris herbacei, & cum  
 hiantes se pandunt, lactei visuntur, in-  
 ter quos dissectum, cachryos modo,  
 capitulum emicat. Coquitur cum pa-  
 ne, vt melanthium. radix bullosa, crus-  
 da & cocta māditur. (Aeg. nō scripsit.)

**ORNVS** arbor satis procera, cau-  
 dice tereti, laevi cortice, spisso, ramulis  
 vtrinque pinnatis, folio fraxini, paulo pe-  
 fundioribus crenis per ambitu serrato.  
 bacculis racematim coactis ab adole-  
 scentia rubescentibus, secundū maturi-  
 tatem ex purpura nigricātib., sapore

## PLANTARVM

ex acido in amarum degenerante, me-  
 spilaceo quasi concretu, multo gracil-  
 lior. Habitu reliquo & effigie tota fra-  
 xinum æmulatur. quare Lucio Colu-  
 mellæ omni syluestres fraxini sunt, fo-  
 liis quam cæteræ latioribus, nec detes-  
 riorem frondem quam vlni præstant.  
 Capræ autem & oues libentius etiam  
 hanc frondem appetunt. A speris & fiti-  
 entibus locis gaudet, montes amat. In  
 plana etiam descendit, ita vt viti quoq;  
 copuletur. folia ex vino bibuntur ad io-  
 cineris & laterū dolores, aquæ subter-  
 cutem tumores reprimunt. Corpus obe-  
 sum sensim ad maciem reducunt, si cū  
 vino terantur ad virium portione, ita  
 vt puero quinq; folia tribus cyathis de-  
 tur, robustioribus septem quinque vi-  
 ni cyathis. Scobs eius & ramenta per-  
 niciosa traduntur, proinde vitanda.

ὄροβδυ,  
 23

OROBANCHE cauliculus est  
 sesquipedalis, & interdum maior, sub-  
 ruber, hirsutus, tener, sine folio, pins-  
 guis, flore subalbido, & in luteum ver-  
 gente, radice digiti crassitudine, & cum  
 ariditate flaccescit caulis, fistulosa. Hæc  
 inter quædam legumina nasci constat,

& ea strangulare. vnde orobanche sibi  
 cognomētum vsurpauit. Estur, vt olus  
 cruda, & in patinis, asparagi modo de  
 cocta. legumentis addita, coctionem  
 accelerare creditur. Aeg. Frig. sic. 1.

OSYRIS, frutex est niger, ramu  
 los ferens tenues, lentos, fractuq; con  
 tumaces, & in his folia quaterna, qui  
 na, senaue, ceu lini, nigra in initio, dein  
 colore mutāto rubescētia. Decoctum  
 eius potum, siuuat arquatos. Aeg. Oly  
 ris, e qua scopæ fiunt amara est, & ic  
 coris referendi vires habet.

OSTEOCOLLON Macedo  
 nes vocant herbam saxis & mœnibus  
 familiarem, medici polygonion, aliqui  
 talantion, vulgus symphyton appel  
 lant. Perpetuo viuet, viuitque foliis vi  
 dua, ramulos instar iunci pensiles, cir  
 rosos, tenuioris proceriorisque sparti  
 similes spargit. Hac tradunt dissectas  
 carnes coalescere, si coquatur vna, ite  
 dem ossa fracta ferruminare.

OTHONNA M aliqui maioris  
 chelidoniae succum esse aiunt. quidam  
 glaucii. alii succum floribus cornicu  
 lati papaueris expressum, alii per mi

## PLANTARVM

Ros cœruleæ anagallidis, hyofciam, & papaueris succos, esse contendunt: alii Troglodyticæ cuiusdam herbæ succû, quæ othonna vocatur, nasciq; eam in eo Arabiæ tractu, qui ad Aegyptum spectat. Othonna foliis crucæ, perforatis cribri modo, & veluti a tineâ derossis, squalore obfritis, paucis, flore crocilatifolio, quare quidam anemones speciem esse putauerunt. Aliqui tamen affirmant, lapidem esse Aegyptum, in Thebaide nascentem, exigua magnitudine, æreo colore, gustu cum ferore quodam & astrictione mordaci. Aegine. Othonna detergit, eroditq; omnia quæ claritati oculorum officiant extrens.

**OXYACANTHA.** Quære  
Acuta spina.

\* 654.

**OXYAN** Græci fagi genus alterum vocant. Lydi Myson, nostri Scissimam, in tenuissimas enim secatur laminas. Glandifera non est, abietis aspectu, florens, erecta, enodis, illi crassitudine proceritateque fere æqualis, materia colorata, robusta, nervosa, cortice læui, folio crasso, bifido, longiore quâ

pyri, per extremum aculeato. Fructus glandea effigie læuis, calyculo includitur echinato quidem, sed placido ac blando, nec vt castanea hispido, cui nihilominus similis ē & dulcedine & succo. Radices arbor nec multas nec altas agit, quæ summo cespite gaudeāt. Minoribus nauibus commendatur, ad carinas, item ad testudinem plaustrorum, ve stabulorumq; vilem fabricam specie visenda.

O X Y S herba Plinio a sapore dicitur, tribus tantum foliis.

P

**P**A E O N I A, siue glycyfide, Græcis aliquibus Pentoboron dicitur. πενταβόρον sunt qui Idææ dactylos radicem pæoniam vocāt. cæulis altitudine sesquipedis adolescit, comitantibus multis stolonibus. Huius duo genera. mas folia iuglandis habet, infæmina vero, smyrnæ more diuiduntur. summo caule siliquas emittit, veluti græcas nuceas. in quibus, cum dehiscunt, multa granula rubra, acinis panicorum similia, inueniuntur, & in medio nigra, quinq; aut sex, purpurea. radix maris.

# PLANTARVM

tenuis, digitali crassitudine, & palmi longitudine, gustu astringens, alba, foeminae radicibus ceu glandes circiter septem aut octo inhaerent, vt in hastula regia. Aegi. Aliqui pentameron vocant. radicem habet acrem, & leuiter subamaram, & siccantem cum nonnulla astrictione. menses cit, renes & iecur purgat instar amygdalæ pora cum vltimo, quod si austerum sit, alui quoque fluxus coërcet. adalligat vero puero, morbum comitalem abigit.

Παλιουρ  
Ρος.

**PALIVRS** frutex cognoscitur aculeatus, durus, cuius semen pingue & fuliginosum inuenitur. Aegine. Paliuri folia & radix astringunt, coque aluum fluxentem sistunt, tubercula, quae dicuntur phygmata, non nimis calida discutunt. Semen eius tam vehemens et incisoria virtute valet, vt & calculus conterat, & excreationibus e pectore auxilietur.

Φοιβάκη.  
Μαχία

**PALMA** in Aegypto gignitur. Ea medio maturitatis vigore, autumno decerpfi solet, Arabici myrobalani similis, pomatis cognomine, colore viridi, & odore mali cotonei. quod si ad maturitatem

maturitatem pervenire sinatur, phoeni  
sobalanus fiet.

**PALMA**, quam aliqui elaten aut ἑλάτη.  
spatham appellant, fructus palmarum  
adhuc florentium, involucrem est ca-  
lyx, quo inspissamenta unguentarii  
utuntur. Optima habetur odorata, ad-  
stringens, ponderosa, præclusa, intus  
pinguis. Aeg. Palmæ fructus, qui iam  
ematurus, calidis medicriter est, vi-  
sceribus roborandis & stomacho ido-  
neus, tum intus assumptus, tum foris  
applicatus. Reliqua palmæ portio ve-  
hementer astringens est, quam obrem  
stomachicis & hepaticis medicinis tem-  
poratur, longe magis astringit, quod  
fructus nascetur veluti involucrem est,

**PANACE** nonnullis heraclei πανάκις  
dicitur, ex quo opopanax colligi solet ἰσδάκλις  
plurimum in Bœotia & in Phocide Ar.  
tadæ nascitur, ibique compendii &  
quæstus, qui ex eo liquore factiratur,  
gratia studiose colitur. foliis est aspe-  
ritate in terra iacentibus, herbacei colo-  
ris, multum ad ficulnea accedentibus,  
in ambieu quinquepartito divisus, cau-  
le, ut ferule, altissimo, qui lanugine

# PLANTARVM

quadam incanescens, folijs etiam minus  
 tioribus obscuris, muscatis, seu aetheri  
 in cacumine, flore luteo, & lenthæ: o-  
 dorato, fetuenteq. radices habet multas  
 ab origine vna; candidas, grauesolen-  
 tes, crassi corticis, & lubamari gustasi.  
 Nascitur in Cyrene Libya, & Macedo-  
 nia. Excipitur succus incisa radice; re-  
 centi caulium pullulatu. ea candidum  
 succum emittit, qui siccatu, in sum-  
 ma cute croceum colorem contrahit.  
 Effluentem autem succum excipiunt,  
 folijs excuato solo stratis, quæ sicca-  
 ta tolluntur. Simili modo caule messi-  
 bus inciso, profluentem succum excipi-  
 unt. Meliores ex radicibus, albæ, rigen-  
 tes, distentæq. siccæ, quæ eandem non  
 sentiant, aromaticæ, feruentes gustu.  
 Fructus ex media ferula cibo idoneus  
 est, sed ex agnatis stolonibus, ab usu ci-  
 bario abhorret. Maxime in hoc succi  
 genere probatur, q̄ amarissimus, incen-  
 ne albus, aut subtilius, fortis ad croci  
 colorem inclinans, læuis, pinguis, fria-  
 bilis, tener, statim in aqua eliquescens  
 graui odore, niger improbatu, ac mol-  
 lis. Adulteratur ammoniaco, aut ceryl-



sed sinceri experimentum est, si digitis  
in aqua friatus resolvatur, & lactescat.

Aegyneta. Opopanax cal. 3. sic, 2. emol  
lit, discutique, Radicis cortex est im-  
becillior liquore. habet non nihil & ab-  
surgens, & carni inducendæ idoneum.  
Semen menses quoq; citat.

ἰπὸν δ' ο  
ναξ.  
Steufito.

PANACES Asclepii caulem a  
solo emittit teruam, cubitalem, geni-  
culatum, maioribus quam fœniculi fo-  
liis, hirsutioribus, odoratis, aureo flo-  
ret, acris, odorato, ex muscariis dependē-  
te radix parua est, & tenuis. Auxiliariē  
vim habent flores & semina, contra vl-  
cera, phagedænas, & tubercula, si trita  
cum melle imponantur, aduersus seri-  
perres ex vino bibuntur, & cum oleo  
illinuntur. Aliqui panaces sylvestre ori-  
ganum vocant, alii eunilam, de qua in  
Origani mentione diximus.

πἀναις  
εἰ σκλιπὸ  
πιδυ.

PANACES Chironiū in Pelio  
monte maxime provenit. folium eius  
amarum simile. flos aureus radix par-  
ua, quæ nō alte demeritur, gustu acris.  
Potã radix, serpentium veneno resistit,  
illita coma, eadem præstat. Aeg. Ascle-  
pion panaces, & chironion priorii calis

πἀναις  
χοις αἰνὸ  
οἴ,

PLANTARVM

diora sunt (malum cum Galeno dicitur minus calida) hinc floribus ipsorum & semine ad malifica viscera & phymata vtuntur.

πευκεα  
πιον

PANCRATIUM, quod aliqui scillam appellant, radice est magis habi, subrufo colore aut subpurpureo, gustu amarofac feruente, foliis lilii, sed longioribus Aegi. Specie ac viribus scillae simile est, verum imbecillius.

μελις  
Dochō.

PANICVM frumentaceis seminibus annungatur, milio simile, eodemq; modo in panes subigitur. eodem habet vsus, minus tamen & aurit & stringit. Aetius, Extra illud, refertur & exicat.

μηχου.

E fatiui PAPAVERIS generis quod hortense est, semen in panem desatur, qui sanis in vsu sit. eo etiam ea melle pro sesama vtuntur thylacitan vocant, capitulum habet longum, & semen candidum. Sylvestre vero, caput infidens demissumq; & nigrum semen quod pithitis nominatur, nonnullis tamen & ipsum thoras dicitur, quonia eius scapo lacteos succus emanat. Tertium magis sylvestre, & ad medicinas

valentius, multo his longius, productione capitulo. Aegineta, Hortensis per paueris, thylacium etiam vocant, semine esculentum mediocriter somnum conciliat. Quod veluti decedenti ac depresso calyce est, nigram semine habet & medicatum, nimis quam frigidum. Quod prolixiore & proceriore constat calyce medicatius vniuersis est, quapropter stuporem inducit quousque interminat, nam & ipsum & eius stachyum, quapropter excellentiam opium nuncupant, frigidum.

PAPIA VERATRICUM, quod rhoeada vocant, vero quidem in arvis cum hordeone nascitur, flore, procerius decedens, vnde & nomen apud Græcos accipit. foliis eruca, aut origano, aut cichorio, aut thymo similia spectantur, setis longiora, diuisa, scabra. iuncea ei caulibus, rectus, cubitalis, asper, sibi syluestris anemones, puniceus; interdum albus, oblongum caput, sed quæ anemones minus, semen rufum, radice longa subalbida, minoris digiti crassitudine, gustu amara. Aegineta, Rhoeas appellatur quod flos ipse celatiter defluat (vel semine, ut apud Aegineta legitur.)

PLANTARVM

Validius horrensi est. Manducatur ita  
que non per se, sed momentum copio-  
siori melli mixtum.

μικροβ  
νεφτι  
716.

PAPAVER ceratites, id est, corni-  
culatum, folia habet candida, hirsuta  
verbasco similia in ambitu sylvestris  
papaveris more serrata, caule non dis-  
simili, flore pallido, caliculo feni gra-  
ci, in corniculorū modum inflexo, vni-  
de nomē mucuatur, femine papaveris  
puffilo, nigroq, radice persumma ces-  
spitum nigra, crassa nascitur in maris-  
mis & asperis. Sunt qui glauciū hoc pa-  
paveris genere facitari existimant,  
falsi quadam foliorū cognitione. Aegi-  
neta, Abstergendi vires sortitur, adeoq,  
radicis ipsius decoctum potu iocinoro-  
sis auxiliatur, folia autem & flores per  
quā sordida ulcera expurgant, crustasq,  
collūt. Aliud papaveris genus aphro-  
des, id est, spumoum vocatur, ab alio  
heracleum, caule dodrantali, foliis ad  
modum paruis, radice similibus, fru-  
ctu inter ea candido. Nam herbula al-  
ba est, & spumica tota, radice in sum-  
mo cespite. Aegineta. Semen habet ph-  
suis purgandæ accommodatum.

251

μικροβ  
αφρω  
δης,

**PAPYRVS**, qua chartæ sũt, pul  
lis non cognita. Aegineta. Papyrus  
ignem non experta, materia quædam  
efficitur, vna, siccatur chartæ crematæ  
modo, verum papyri cinis viribus in  
ferior est.

πάρυρος  
Βυρδις

**PARONYCHIA** exiguus frus  
tex, in petris nascens, peplo similis, mi  
nor lōgitudine, maioribus foliis, Aegi  
neta. Illita paronychiis atq; duritiis re  
medior est. Vis eius extenuare & sicca  
re, ad cicatrificationem.

παρωνύχια

**PARTHENIVM**, aliqui ama  
racon, vocant, foliis est coriandri, tenui  
bus, flore per ambitum albo, intus me  
lloo, odore graui, sapore amaro. Aegi,  
Amaracus calefacit tertio, siccatur se  
cundo.

παρθένιον  
04  
Achuen

**PASTINACA** syluestris folia  
gingidii habet, latiora, subamara, caue  
lem rectum, scabrum, umbellam simi  
lem, anethi, in qua flores insunt candi  
di, & in medio purpureum quiddam,  
ferme sproceum, radix digiti crassitudi  
ne, doctralis, odorata, quæ cocta mās  
dicitur. Satiua ad ea tem pollet, ineffica  
cior, samē, & cibo aptior, Aegi. Urinas

πάστινα  
05  
lesar

PLANTARVM

& menses mouet, præsertim semen ip-  
 sus, & radix folia autem abstergendi  
 viribus prædita, phagedænicis affecti-  
 bus congruunt, viridia cum melle, Syl-  
 uestris ad oīa valentior est domestica.

πεπλῖς.

PEPLIS, quam aliqui syluestrē por-  
 tulacam vocant, Hippocrates pepilion,  
 in maritimis maxime nascitur, late o-  
 paco frutice, cādidi succi pleno, foliis  
 fatiux portulacæ, rotundis, inférne ru-  
 bentibus, semine sub foliis rotundo, uti  
 in peplo, feruente gustu, radice singula-  
 ri, superuacua, tenui. Colligi, & repo-  
 ni ac dari, uti peplos, & sale conditi so-  
 let. Easdem habet vires. A egi. Pepilion  
 cætera quidem inutile, semen autem  
 ipsius feruidi saporis, peplo consimili-  
 ter expurgat.

πεπλος.

PEPLOS frutex est lactei succi ple-  
 nus, foliis paruis, ut rutæ, paulo latior-  
 ribus, rotunda coma, fere dodrantali,  
 humi resperfa, semine sub foliis rotun-  
 do, minore quam candidi papaueris.  
 pluribus scater auxiliis. vnicam radicē  
 habet, superuacuam, ex qua fruticat.  
 nascitur inter vites, & in horris collis-  
 gitur messibus, siccat in vmbra, &

continue versatur. fructus tufus & fer-  
uefactus reconditur. Aegineta, Nonul-  
li papauer spumeum vocant, liquore  
habet, & tithymallorū modo purgat.

PEPON abstergendi facultate effi-  
cax est, inde veluti caro ipsius epheli-  
das, & confimilia vitia faciei exterit, se-  
men renes obstructione liberat. Aegi.

πέπων  
Bathes  
cha.

PERICARPVM bulbi genus  
est, eius duæ species Plinio, cortice ru-  
bro alterum, alterum nigro, papaueri  
simile, sed vis maior quā priori, vtriq;  
autem excalfaciendi, ideo contra cicus-  
tam dantur.

\*  
περίκαρα

PERICLYMENON simplex  
fruticat, ex interuallis parua folia ha-  
bens, ipsum amplectentia, subcandida  
hordacea. interfolia surculi exeunt, in  
quib. baccae, hederæ similes, flos fabæ,  
candidus, aliquatum rotundus, & qua-  
si in folium procumbens, semen durū,  
& quod difficile euellatur, radice rotū-  
da, crassa. nascitur in aruis ac sepibus  
conuoluens se adminiculis, propter as-  
sidentibus. Aeg. Eius folia & fructus  
incidendi simul & calefaciendi vires  
obtinent, quapropter urinam cruētā

περίκλυον  
πενουχ

# PLANTARVM

eliciunt ad sex dies pota. (Quidam hic numerum dierum perperam quatuor aut quadraginta legunt. (Genituram viri exiccant quadraginta (aut secundū Dioscoridem triginta septem) diebus in potione assumpta, item lienosos & ægre spirantes adiuuat.

*περυστ*  
*περυστ*  
**P. E R I S T E R E O N**, siue verbenaca, nascitur in aquosis. Nomen ex eo duxisse videtur, quod columbæ circa hanc perquam libenter versari soleat, dodrantis altitudine, & interdum amplius adolescit, folia e caule prodeunt incisa & subalbida. ea singulari ramo, radiceq; sola, constare sæpius inuenitur. Aegineta, A deo siccat astringitque vt vulneribus glutinandis, & sanguinis eruptioni sistendæ sit. Eius alterum genus in Sacra herba quære.

*περυστ*  
**P. E R S E A** arbor est, in Aegypto, fructum ferens cibo idoneum, stomacho vtilem. in quo phalangia cranocolapta nomine inueniuntur, præsertim in Thebaide. Arida folia in farinam redacta, illiæ sanguinis eruptiones sistunt. Arborem hanc prodiderunt ali



quæ in Perfide exitiosam esse, translatamque in Aegyptum, mutata natura in cibos receptam. Aegineta. Folia siccant, & astringunt, eoque sanguinis eruptionem compescunt.

**M A L I** Perfide surculi & folia euidenter amara sunt, eoque concisa trietaque umbilico imposita lumbricos eiecant. Sucus autem ipsius, nempe Perfideum hoc esculentum, frigidum.

μηλέε  
περσικὸς  
Shauch

**P E R S O N A T A** folia hêt cucurbitæ, maiora & hirsutiora, nigriora & crassiora, caulom albicantem, quanquam & interdum vjdua caule reperiat, radicem candidam, foris nigra. Aegin. Discutit, siccat, & astringit, quapropter & folio ipsius vetusta vlcera persanât.

αἰκείου,  
πρῶτον  
π104.

**P E S M I L V I N V S** a Columella in usum colligi & reponi iubetur, sed qualis sit non explicuit.

✽

**P E T A S I T E S** pediculos cubito maior, crassitudine pollicis, a quo pendente foliû, galeri modo amplû, ceu fungus depêdet. Contra phagedænas, & vlcera quæ cacœthe vocant, efficaciter

πετασίος  
TNS

# PLANTARVM

illinitur. Aegi. Sic. 3. vnde ad malefica  
& phagedænica vlcera eam vſurpant.

✱

**PETILIVS** flos eſt autumnalis,  
circa vepres naſcens calyculo verſico-  
lori, foliis quinque, paruis. Tantum  
colore commendatur, qui eſt roſæ ſyl-  
ueſtris. Mirumque, in eo flore infle-  
ſi cacumen, & non niſi retorto folia  
naſci. Semen luteum paruo calyci in-  
cluditur. Vſus in medicina nullus.  
Huic Plinius Italiam ait nomen dediſ-  
ſe, tanquam niſimirum Græcis ignoto.

πετροσε  
αιου

**PETROSELIVM** in Mace-  
donia prouenit, in præruptis locis, ſe-  
mine ammi, odoratiore, ſapore acri,  
aroma olente. Aegineta. Semen Cal-  
ſic. 3. Vi inciſoria præditum, urinam  
ciet, menſeſque trahit, flatibus diſcuti-  
endis accommodatiſſimum.

πευκε  
δανου  
Harba  
eum.

**PEVCEDANVM**, caulē emiſ-  
ſit tenuem, gracilentum, foeniculo ſi-  
milem. comam habet ſtatim ab terra  
folioſam, ſpiſſamque. flore luteo, radi-  
ce nigra, craſſa, plena, graui odore, ſue-  
coſa. gignitur in montibus opacis. Te-  
nera radix cultello conciditur, proſta-  
ensque e plaga ſucous vmbrae manda-

turia sole liquorem confectum euane-  
 scit. Colligitur, capite prius & naribus  
 rosaceo perfusis, ne capitis dolor pres-  
 mat, & vertigo sentiat. affatione ras-  
 dix inutilis fit. Tam lac quam succus  
 radice & caulibus extrahi solet, sicuti  
 e mandragora, verum inefficacior suc-  
 co lachryma habetur, & velocius expli-  
 rat. Interdum etiam concreta inueni-  
 tur lachryma, thuris similitudine, cau-  
 libus, radicibusque adherens. Præfer-  
 tur succus e Sardinia & Samothrace,  
 coloris rufi, odore graui, feruens gut-  
 tu. Radix eligi debet recens, que cas-  
 riem non senserit, firma, odoris plena.  
 Succus ad poriones amaris nucibus,  
 aut ruta, aut pane calido, aut anetho  
 resoluitur. Acyme. Peucedani liquore  
 & succo affatione calefacienti, discuti-  
 enti, extenuantique vrimur, tum nari-  
 bus admodum, tum in porione assump-  
 to, ad pulmonum & pectoris vitia ex  
 humorum crassitudine contracta, item  
 ad hanc induxaturo, dentibus autem  
 perforatis impositus, dolorem proxi-  
 mus sopit, nervorum affectibus idon-  
 eus est. Radix squamas ossium sepa-

PLANTARVM

rat, maleficis visceribus succurrit. **Cit.**  
 sic. 1.

φαλαγγί  
 ον

**PHALANGIVM** a quibusdā  
 phalāgites vocatur. ramuli sane ei duo  
 aut tres, pluresue, in diuersa tendentes  
 flos candidus, lilio similis, multas mē-  
 suras habens. femine nigro, lato, ad lē-  
 ticulae dimidiatae figuram, multo res-  
 puitore, radice parua, tenui; herbae ei co-  
 loris, dum a terra eruitur. provenit in  
 collibus. Aegipte. Nomen hoc invenit  
 quod phalangiorum morsibus mēdeat-  
 tur. Naturae subtilis est. exiccata tūque,  
 qua torminosis acrius patatur.

φάλαξις

**PHALAXIS** culiculus emic-  
 tit Zea culmis similis, minoris ac nul-  
 lius usus radicibus, multis, datum pal-  
 morum, geniculis cinctos, graciliores  
 tamen ac dulces, semen eādē, ob-  
 longum, nihil magnitudinis. Succus fo-  
 lia & semen pota, vesicae doloribus ab-  
 xiliantur. Habet eadem herba tenent  
 quandam vim naturamque calidam.

φασίλιος  
 λος.

**PHASIOLEI** mentio facta est in  
 Aegyptō,

φάσηλοι

**PHASELI**, aut phasioli qui &  
 dolichi appellantur, macerati donec ra-

discas succreuerint, & ergo ante cibum sumpti, alium subducunt, ac plusquam forum grae contralimenti exhibent. In tegri velo cum filiquis virides coment plura partium excrementa. (Descriptio nem habes in similitate horrenti.)

Lubia.

PHYLLEANDRION: in partibus nascitur folio apii. Bibitur semen eius propter calculos & vesicae incommoda.

\*φιλ  
ἀνδρ  
ον

PHYLITIS, folia promit rancici familia, longiora, & viridiora, sesua aut septena, recta, quae parte anteriore laeua cernuntur, & a tergo autem penfiles quasi vermiculos tenues ostendunt in umbrosis & opacis horrentum locis emicat, gustu acerbos neque casilem, neque florem, neque semen profert. Aegineta. Cum aciba sit, non immerito alui profluuiis pota auxiliatur.

φυλλι  
τις

PHYLLVM, quod elzophyllon vocatur, in saxosis nascitur, dum generum est. quod autem thelygonum appellant, uas habet floribus oleae similes, pallidiores tamen, foliis itidem olivae est, caule tenui, breui, radice euili.

φύλλον

# PLANTARVM

florem album profert, semen parvum  
 et minusculum. Sed arthenogonum  
 cetera huic simile, solo fructu distat,  
 habet enim racemofum quiddam, de  
 floribus oleis non diffimile. Ferunt  
 potum alterius semen maris, alterius  
 vero feminat conceptum facere. Tra-  
 didit hæc quondam herbarius Crateas,  
 placuitque mihi usque ad historiam,  
 nec ultra de his docere. (Aegine non  
 enenimit.)

φύττον  
 μα,

PHYTEVM A folia habet radi-  
 culæ, minora, copiosum semen, perfo-  
 ratum, radicem parvam, tenuem, per-  
 summa terra nitentem, quam ad ama-  
 zoria conueniens, nonnulli scriptum re-  
 liquerunt. Aeg. non memorant.

\*φλεόν

PHLEON Theophrasto, nonnul-  
 li siccam appellant. (Sed nos infra sic-  
 ben longe diuersam afferemus.) Non  
 solum caulem habet aculeatum, sed  
 et folium quodque hispidum, iuxta cuius  
 spinas aculeos etiam condit, radice  
 se non in profundum acta. Germinat  
 cum Vergiliis, primoque aratro una,  
 nec folia dimittit, etenim annicula  
 illi vita, capocy binnatum excedit.

PHLV M

**PHLVM** a superiori longe distat, cuius lanugine, ut iquit Theophrastus, ad lixium mulieres utantur, mole & placentaceum est, colore subrubido. Formina sterilis est, ad nexus idonea, Mas prorsus habetur inutilis. in inutilis fluitantibus provenit. Pars ab radice pueris cibo grata est. Radix ipsa per cucum pabulo vellitur. (Phlum lilius pollux nominavit, vñ Phloinas vestes in Herodoro quis legat, & Pausania.)

**PHOENIX** folia habet hordet, sed breviora, & angustiora, spicam lilio similem, calamos digitorum seruum, radici aduolutos, septenas octonasue spicas. In aruis testisq; recenter illis nascitur. Aeg. Alter rhu vocatur, astrinendo, in vino austero pota, omnes humidos affectus sistit.

**PHORMION** tenuis, absterrens, & attractricis est facultatis, semen igitur cum melle albugines extenuat, & spicula e corporibus extrahit. Gale. & Aeg. (Hoc ab hormino, cui eadem ascribuntur, non dissidere iudico, nam Galenus phormii tantum meminit, non etiam hormini.)

PLANTARVM

φου  
Valeria  
na

PHV, quod & aliqui syluestre nardum appellant, nascitur in Ponto, folio olusatris, aut elaphobosci, caule cubitali, aut altiore, læui, cauo, molli, in purpuram vergente, geniculis intercep-  
to, floribus narcisso proximis, maioribus, teneris, & exalbicante purpureis. radice superius ad digiti minoris crassitudinem, ex obliquo villosa in nigri-  
veratri aut iunci odorati modum, capillamentis inuicem contextis, flauo-  
scentibus, odoratis, cum quadam odoris grauirate nardum æmulantibus.

Adulteratur radice rusci admista, sed maleficium deprehenditur, quoniam hæc dura est, & frangenti contumax, si-  
ne vlla odoris gratia. Aegi Radicē habet nardi per similem quæ tamen ad plerq; infirmior fit, sed vrinas magis quam ea elicit, nardi Gallicæ modo.

πινυς.  
πενης  
Sonor  
bar  
Artz.

PINVS & Picea generi eidē ascri-  
buntur, sed quandam flagrant specierum distinctionem, arbores vulgo cog-  
nitæ. Piceæ cortex astringendi vim eximiam possidet, quæ inter trigines & ambusta illitum perianat, ventrem pon-  
tus reprimis, folia etiam vulnera con-



glutinant. (Eadem fere de pinu tedaq  
scribuntur) Aegine: Penne, id est, teda  
vires habet picæ, sed imbecilliores.

**PITYIOS** fructus sunt picæ, πῖτυϊο  
rum, mira facultatis, astrictioris & a δῆς  
cis, quam obrem reiectionibus e pecto-  
re: Opitulantiur. Aegineta.

**PTYGOMON** constat esse πυκνὸν  
cæ foliis, astrictioribus, scabris & crassis, μόν  
caule quadrangulo, flore ocimi, semine  
marrubii, radice nigra, aut pallida,  
rotunda, exigui mali figura, terram res-  
dolentem & lucentem in sanosis locis. Aeg.  
Discant & acrescit, folia igit panos &  
furculos dissipat. Semine fixa corpora  
bus extrahit. Radix stant bile purgat.

**UPPERE** in India nasci, breui arbor πῖπερον  
retrahitur, quæ inter mitia, præ longum  
fructum, voluti filiquam promit. quod  
longum piper est, habet in us aliquid  
tonus milite simile, quod tandem in p-  
fectum piper evadit. id autem suis tem-  
poribus dehiscens, pandensq sese raco-  
mos emittit, granâ ferentes qualia vio-  
demus. Ea acerbâ candidum piper faci-  
ciunt, aptum ocularibus remediis, an-  
tidotis, & medicamentibus, quæ coner-

## P L A N T A R V M

venenata parantur, theriaca vocant.  
 Longum vero veherentius mordet.  
 & quoniam priusquam mature fiat des-  
 ceptum est, subamarum relinquitur,  
 antidotis & theriacis medicaminibus  
 expertum. Nigrum vero, utpote quod  
 tempestiva maturitate collectum, fir-  
 odoratum esse constat, candido suavi-  
 us, acrius, & ori gratius, nec non ad co-  
 dimenta utilius. Sed candidum, & adhuc  
 in acerbum vergens, ante dictis infir-  
 mius est. Eligi oportet gravissimum, ple-  
 num, nigrum, sine maculis, rugis, nec eg-  
 minime fursurosum. Nunciatur etiā  
 sum in genere nigri semina nutuere  
 to defecta, casta, inania, minimis pond-  
 deria, quod vocant brassina. Non est hu-  
 jus arboris radix gingiber, ut alii exi-  
 stimanere, sicuti paulo post ostendemus.  
 Nāq; piperis radix costi similis est. Ora-  
 gustantium accendit, salivam ciet, hęc  
 lienem reprimit, cum aceto illicia, aut  
 pota caput etiam purgat, manducata  
 cum semine pedicularis herbe, quoniam  
 staphidem agrinam vocant. Aegi. Piperis  
 radix, costi utres refert. fructus su-  
 quidem germinantis arboris, oblongus

gum est piper, humidus natura & calidus fructus veluti acerbus immaturusque albuti est piper, nigro acruis, ut quod multo magis assatum sit, utriusque vero & calefacit & desiccatur.

**P Y R E T H R V M** salivarem vocant, folia caulemque emittit ut daucum sylvestre & feniculum, umbellamque asbethi, circinatæ rotunditatis. radix longa est, pollicis crassitudine, gustu feruississimo Aeg. Radix eius vrentem obtemperat facultatem dentium ex frigiditate dolores mitigat. ad febrium rigores ante accessionem infricatur cum oleo. Corporibus a perfrictione superantibus reolentibus efficacissime adhibetur.

**P Y R V M** terrestre aliud sortitum est, aliud aquosum, ob quod stomachum laetatur, sitimque ardet, illud vero sic, frig. mediocriter. Aeg.

**P I S T A C I A**, quæ constat in Syria gignit, pincis maculis similes sunt. Aeg. Stomacho mediocriter conducunt, iecur obstructum referant, præcipue summi & odorati eorum operimenti ex vino decoctum. Præsent etiam contra serpantium morsus.

πύρετρο  
δρυό

ὄρνις  
ἄπιος  
Hume  
c hre.

πιστακία  
Pustech

PLANTARUM

\*π1904  
λοχια

**PISTOLOCHIA** Plinso π1904  
lochiae genus est quarrū, tenuior & cles  
matris densis radicis capillamentis (vnde  
& polyrrhizos nominatur) iuncti plene  
rioris crassitudine. Odor ut reliquis medicatis.  
Illita serpentium moribus. medetur.  
Quin & omnino suspensa supra  
focum fugat domibus serpentes.

\*π1905  
Mes

**PISUM** pariter Graeci & Latini  
vocant legumen, caulibus fistulosis in  
terrā sparsis, ramosisque, praetenui sur-  
culo, folio frequēti, praeter ceterorum  
more longiusculo, siliqua cylindraca,  
granis rotundis, candidis, flore papilion-  
is forma, circa umbilicū purpureo, ra-  
dice ibecilla. Grana in valvulis se quicē  
quasi rāgunt, ut in etuo. Galenus. Pis-  
fabis nō dissimilē retulere naturā, nō  
diverso ab illis modo mandūtur, sed nō  
adeo ut fabae inflāt, nec absterget ideoque  
segniū aliud q̄ illae excernātur. Doco-  
rorum cremor aluum ciet. Recentia,  
quae cum suis valvulis manduntur, ru-  
tus movent.

\*π1906  
PITVS

**PITVSA** M specie a cyparissia  
differre constat, et si tithymallorum ge-  
neri assignetur, caulibus supra, subitū al-  
tri

radicem affurgit, geniculatus, foliis plicatis, acutis, exilibus, flore paruo, velut purpureo, semine instar leniculae, lato radice crassa, candida, succo referta quibusdam in locis frutex hic praegrandis invenitur. Aegine. Liqueorem ut rithymus habet, eius similiter purgat.

DUO PLANTAGINIS genera minor folia habet angustiora, minora, molliora, laeviora; & tenuiora; caule anguloso, in terra sessili. floribus pallidius, semine summis caulibus emicante. altera maior, laetior, virentiorque, latis constans foliis, oleracei generis. cuius caulis cubiti altitudinem pergit, angulosus, subruber; a medio ad verticem tenui semine circumdatus. radicibus nititur teneris, hirsutis, candidis, digiti crassitudine aequantibus. Nascur in lacunosis, sepibus; & locis humidis, multo utilior magna est. Aeg. Plantago frigefacit siccat. Temperata est ex aqua & terrestri substantia, cui etiam adstrictionis non nihil adest quo noie ad maligna viscera, fluxiones, putredinesque accommodata est, temperamento moderatioque sanguinis quoque pfluvii

aliquid  
yatro  
scilicet  
Lileno  
Alhar  
mel.

PLANTARVM

prohibet, & plurimū congruis. compos enim est siccitatis minime potētis, & frigiditatis q̄ nondū stuporem iducit.

πλατὰ,  
νός.

PLATANVS vi humidibre & frigore pollet, eaq̄ de causa folia vi ridia ad inflammationes nascentes proficiunt. Cortex & pilula quoniam maiorem siccandi potentia habent, in lacto decocta dentium dolores sopiunt, ambusta cum adipe persanant. Cortex autem crematus siccatur vehementius, & abstergit, eoque lepras pellit, & humidis ulceribus medetur. Aeg.

Dulb.  
Suffeire  
Fuster.  
Scotas  
num

πολύμω  
μός,

POLEMONIAM alii philetaria. Cappadoces chiliodynamin appellant, ramis exilibus, utrinque pinnatis, foliis paulo quam ruta maioribus, & longioribus calamintae aut sanguinariae proximis, quibus laticis velut eorymbis dependunt, nigrolemine, radice cubitali, albicante, radice simili nascitur in montosis & asperis. Aeg. Polemonia vis subtilis & exsiccans, inde nonnulli contra venendis dolores, intestinorum tormina lenem induratum, radicem eius cum vino propinant.

πολύκην  
μός,

POLYGNEMON, frutescens

Turculofus, foliis origani, caule, ut pu-  
legii, geniculis multis intercepto, sine  
umbella, tenui tamen in cacumine co-  
rymbo, boni odoris & acris. Aeg. Cal-  
fic. 2. coq. vulnera glutinat.

POLYGALA palmi altitudinē  
petit, foliis lenticulæ, gustu adstricto.  
Aeg. Polygalon calidi humidior reper-  
meti cōpos est, foliis mediocriter acer-  
bis potum lactis abundantiam facit.

πελυγα  
λα.

POLYGONATVM nascitur  
in montibus, frutice cubito altiore, fo-  
liis lauri, latioribus, & laxioribus. sapor  
re mali cotonei, aut punici, cū quadā  
adstrictione. flores per singulos foliorū  
exortus promittit candidos, foliis numeros  
rosiores, incepta radice supputatione.  
radicē habet albam, mollē, sc̄gam cū  
hydrogeniculatā, densam, graueolentem  
digitarum crassitudine æquante, quæ vul-  
neribus efficaciter illinitur quin etiā ma-  
culas in facie delet. Aegi. Variæ parti-  
cipis est facultatis, adstrictioris, acris, as-  
maræ, & cuiusdam gustu ingratæ, quæ  
uerbis nequeat exprimi, quæ propter in-  
multiplices usus haud est accommoda-  
tum. Radicem ipsius nonnulli ad fas-

πελυγο  
ναι.

**P E A N T A R V M**

elei habes, prius Græci dicunt, abster-  
gendas illinunt.

πολυγών  
νος  
ἀγρία.

**P O L Y G O N V M** syluestre Plin.  
describit pene arboris frutice, radice li-  
gnosa, stirpe cedri rubicundo, ramis  
sparti, binum palmorum, nigris, geni-  
culorum ternis quaternisque articulis,  
sapor mali cotonei. Diuersum hoc ge-  
nus est a duobus reliquis polygonis sa-  
guinariæ, sub voce numerandis.

πδλιον  
Cahade

**P O L Y T R I C H O N**, adharū est.  
Duo genera **P O L I I**. montanum cui  
Teuthrio nomen est, & cuius est usus te-  
nuis frutex est, candidus, dodrantalis,  
femine refertus, capitulo in cacumis  
ne quadam cotymborum speciem præ-  
seferente, paruo, canis hominis simi-  
li, grauius olente, non sine quadam  
suauitate. Alterū fruticosus, non usq̃  
adeo valens odore, & viribus infirmi-  
us. Aegine. Polium minus, quo & in  
antidotis utimur, cat. si. 3. itaque om-  
nia viscera referat, urinam mensesq̃  
trahit. Viride adhuc, magna glutinat  
vulnera. aridum maleficis inspersum  
vulceribus proficit.

α. κ. β.

**P O P V L V S** alba aquosa, tepida,



terrestriq; substantia, viribus absterfo- αιγερσορ  
riis. Aegine. Haur

POPVLVS nigra cal. sic. modi Romas  
ce, & tenuis est substantiæ. folia cū ace na, & al  
to illita podagricos dolores sopiunt. tera.

Eius resina florib. calidior misceat acos-  
pis & malagmatis. fructus cum aceto  
potus comitialibus auxiliatur.

PORRVM mali succi est & acris. πρῆστον  
Grauia facit in somma, teste Dioscor.  
alium mollit, urinam ciet, extenuat,  
vim aliquam abstergendi habet, qua pe-  
storis excreationes elicit. Semen eius  
ptisanae incoctum nephriticis tempe-  
ratur medicamentis. folia etiam non  
nihil astringunt, ideoq; succus ipsoru  
sanguinem supprimit.

POTAMOGETON, folium be ποταμο  
tæ simile, hirsutum, paululum super ρετωνο  
eminens extra aquam. Refrigerat & ins-  
pissat. pruriginibus vile, & contra ve-  
terum vlcerum nomas. Nomen ex eo  
inditum est, quod palustris. & aquosis  
enascatur. Aegi. Refrigerat & abstrin-  
git sanguinali herbæ consimiliter, iis  
dem virtutibus præditum. ποτυγισ

POTERIVM, lones neura ερα

PLANTARVM

da uocant, large fruticat, cortice obdu-  
 ctum tenui, spinis horridum, lanugine  
 spissa, ramulis longis, mollibus, lē-  
 ris, tenuibus, tragacathæ proximis, fo-  
 liis paruis, rotundis, flore exiguo, can-  
 didi coloris, semine nullius usus, sed  
 gustu acuto & odorato. Nascit in aquo-  
 sis, & collibus. radices demittit binum  
 ternumue cubitorum, neruosas, & fir-  
 mas. quæ proxime terram recisæ, dant  
 succum gummi similem. tusæ, præci-  
 sis neruis & uulneribus glutinandis il-  
 linuntur. decoctum quoque eius ner-  
 uorum affectibus prodest. Aegi. Vocât  
 alij phrynion. Radices cõcilæ, neruos  
 prælectos & uulnera glutinant. Deco-  
 ctum ipsius epotum, neruorum affe-  
 ctionibus auxiliatur.

P O T H O S Theophrasto duorū  
 est generum, alterum hyacinthi flore,  
 alterum, sine colore, cãdidum, quo se-  
 pulchra coronabant, a quo & nomen,  
 quasi desideratis esset dicatum. floret  
 æstate, sed diuturnius est candidum.

P R V N I fructus uentrem subducit  
 recens magis, aridus minus. Decocto  
 ipsius faucium & gutturis inflãmationes uir-

επιφυλ  
 γαλακ  
 εσθρα  
 λα γα  
 ...  
 ...  
 ...

...  
 ...  
 ...

κοκκιν  
 ...  
 ...  
 ...

liter colluuntur. Gummi quod ex arbor  
 re destillat, incidit, extenuat, uelica cal  
 cu. os cū uino potū nonnulli frangere af  
 firmat, ex aceto puerorū impetigines  
 sanare, Syluestrium prunorum baccæ  
 euidenter, astringunt, uentrem repris  
 munt. Nominatur hæc planta in Asia  
 prunum. Domestica sunt quæ Dama  
 scena appellantur.

PSOKA Actio herba nōcupatur \* 465  
 (forfan ab habitu scabro, aut quod sca  
 biei medetur) eius uisæ fumo arborū  
 exuas mori serisum reliquit.

P.S.Y.L.L.I.O.N foliis coronopo nō  
 dissimilib. hisusis, longioribus, sa  
 mensosa fonsi modo, in totum herbū  
 la ramis dōdr. italibus. coma a medio  
 caule exoritur, duobus tribusue conuo  
 luitis in cacumine capitulis, in his semē  
 ne duro, nigro, pulicum simili, vnde &  
 nomē. in aruis & icultis nascitur. Eg  
 Herbz pulicaris semen, frig. 2. siccans  
 de humectandōq; medium est.

A.T.A.R.M.I.C.A frutex est, sicut  
 los habes paruos, multos, & rotundos  
 abrocone nō dissimiles & circa eos fo  
 lia olæ, longa, multa, & in cacumine

PLANTARVM

capitulum, vti anthemidis, paruum, ro-  
 tundum, quod suo acri odore sternuta-  
 mentum excitat, vnde nomen accepit.  
 flores sternutamenta efficacissime mo-  
 uent. Nascitur in montibus & petrosis.  
 Aegineta, Folia sternutamenta proriz-  
 tant. Totus autem frutex viridis fugil-  
 lata, liuoresq; alios disiciit. Est enim  
 herba cal sic. viridis qdē. 2. aridas 3.

ΠΥΛΙΧΘΗ

P V L E G I V M herba vulgaris no-  
 titæ. Vocant aliqui blechona, quoniã  
 dum floret gustatum a pecoribus, bala-  
 tū concitat. Aegineta, Calefacit & exte-  
 nuat vehementer, vnde si illinatur rus-  
 borem excitat, & crassos viscososq; hu-  
 mores e thorace & pulmone emolif.

ΠΥΛΙΧΘΗ

ΠΥΛΙΧΘΗ

P V L M O N A R I A, quã aliq; pe-  
 panum vocant, buglossifolio conspicit-  
 tur, sed promisso magis, atq; læuiori,  
 colore infuper dilutiore, albicantibus  
 maculis notatio, istar pulmonis, inde  
 nomen. nascitur in humidis. Volunt  
 aduersus morbos visceris sui nominis  
 peculiari esse remedio, i cibo sumptã,  
 vel potam. (Aliam eodem nomine, cũ  
 de cõfligine mētio fieret, docuimus.)

ΠΥΛΙΧΘΗ

M A L V M punicum omne astrin,

gendi vires eximias habet, quibus re-  
 frigerat sicca, & verum dulce aliis mi-  
 nus, auste-um magis refrigerat. ficcusq;  
 est, & stomacho amicum. Acidum re-  
 frigerat quoq; & maiorem quandam  
 incidendi virtutem repræsentat. Verū  
 acini succo magis adstringunt siccatq;  
 efficacius. his adhuc malicorium, quod  
 sidron Græci vocant, Huic virtute re-  
 spondet mali fles, qui cytinus appella-  
 tur. Aegineta.

λοφ  
 Kuman

**Q**UINQUEFOLIUM ra-  
 mulos fert surculaceos, tenues,  
 dodrantales, in quibus semen,  
 folia mentha, quina singulis pediculis  
 raro plura, in ambitu serrata, florem  
 ex luteo pallecentem, auti xmulum  
 nascitur in riguis, & aquariis ductis  
 bus. Subrubram habet radicem, oblon-  
 gam, veratio nigro crassiorem. Aegin.  
 Sic. q. minime acre, eoque in multos  
 vsus accommodatur.

πεντὰ  
 φύλλοι,

**Q**UERCUS & folia & fructus,  
 siccante & tepida vi pollent, quæ  
 rem vulnera recentia glutinant, in  
 matiambus incipientibus medentur.

δένδρον

PLANTARVM

at quod sub glandis corio & circa fuis  
ctus carnem membranæ simile icludi-  
tur, valentius adstringit, etq; ad fluxū  
muliebrem, aliosque fluidos morbos  
exhibetur. Aeg.

R

590/404

**R**ADICVLA seu struthiū her-  
ba vulgo nota, qua purgādis la-  
nis vtuntur qui eas eluunt. Gas-  
le. Radicis vus est præcipuus. Acris  
est, cal. sic. 4. Abstergit, irritat, hinc est  
quod sternutationes cit similiter altis,  
quorumcūq; cū armonia calidū tem-  
peramentum est.

591/405

**R**ADIX, quæ græcis raphanus  
dicit, syluestris raphani, quæ Romani  
armoraciā vocant, folia satiuo similia,  
sed magis hpsanam imitantur, radix  
gracilis, tenera, subacris. Tam folium  
quam radix in olera recipitur. sed hæc  
excalfacit, urinam cōcitāt, et fluōia est.  
Æg. Radicula cal. 3. sic. 2. Syluestris ef-  
ficacior est in ambobus. Semē vtriusq;  
planta ipsa vehementius, itaq; lugilla  
et aliosq; liuores disticit.

592/406

**R**ADIX Hippocrati nominatur  
quoddam genus latī, sine flore, sine tes-  
mine,

mine, tribus duntaxat foliis, sed proce-  
ris, & in terra stratis, duorum digitorū  
magnitudine, similibus anchusæ, radi-  
ce purgandi viribus, sed exiliter. (Eadē  
mihi Dioscoridis Onosma videtur.)

RANUNCULI complura sunt Bartol  
x104.  
genera, vis tamen omnibus vna, acris,  
& vehementer exulcerans. Nam vnum  
coriandri foliis constat, latioribus, sub  
albidis, pinguibus, flore luteo, interdū  
purpureo, caule gradili, cubitum alto,  
radice alba, exigua, amaraq, multis ca-  
pillamentis, hellebori modo fibrata,  
nascitur in limitibus humidis. Alterū  
lanuginosius, longiori caule, pluribus  
foliorum incisuris, plerunq in Sardi-  
nia prodeniens, quam acerrimam, qđ  
sylvestre apium appellant. Tertiū mi-  
nimum, odore graui, flore aureo. Quar-  
tum huic simile, flore lacteo. Aegine.  
Omnia ranunculi genera excellēter sūt  
calida, sicca, acria, vrentia, adeo vt vlcus  
cum dolore excitent, quibus si mō-  
dice vtaris, cutis vitia tantum exterūt.  
Radix autē in arida sternutamentis cō-  
dis est medicamētū. (De altero ranūcu-  
li gñe mltā leges ī Sardonīæ mētiōe.)

R

PLANTARVM

γογγυλι  
αις  
Seliem.  
αγγελα.  
γγγυ  
Αδς.

**R A P I** radix & semen flatulenta,  
& semini creando sunt, venteremq; ex-  
citant. Aegineta.

Syluestre **R A P V M** in aruis nasci-  
tur, fruticolum, in cubiti altitudinem  
assurgens, ramosum, laeue, in cacumis  
ne folia fert laeua, digitali latitudine,  
aut maiora, & fructum in siliquis caly-  
cularis cumq; eorum inuolucra aperiri-  
untur, alia intus siliqua spectatur, quae  
quandam capitis speciem praebet, in  
qua semina paruula concipiuntur, for-  
is nigra, intus alba. Additur in medi-  
camenta, quibus ad detergendam cutem  
in facie, totoq; corpore vtimur, praeter-  
tim quae ex lupini, aut erui, tritici, aut  
lolii farina fieri solent.

ἑντιν.

Liquida **R E S I N A** e pinu & picea,  
Gallia & Herruria conuehi solet. atq;  
olim a Colophone petebatur, hinc Co-  
lophonae sibi cognomentum vendica-  
uit. A Gallia quoq; subalpina, qua ver-  
naculo nomine laricem appellant in-  
colae. Ea in linctu, & per se, magnopere  
prodest tussi veteri. Colore inter se di-  
stant. siquidem alia candida est, alia o-  
leosa, alia mellei liquoris similitudine



ut larigna. Cupressus etiam liquidam  
 fundit resinam, quæ ad eadem pollet.  
 Quæ vero aridarum generi ascribuntur,  
 quædam ex pineis nucibus, aliæ abiete  
 aliæ picea & pinu exierunt. Eligi debet  
 longe omnium odoratissima, translucens,  
 non retorrída, neq; diluta, quanda  
 dam ceræ faciem præbens, & friabilis.  
 E picea & abiete resinæ cæteras antecede  
 dunt, odoratæ enim sunt, atq; thus odo  
 re imitantur. Præstantiores a Pityusa  
 insula deferuntur, quæ secundum His  
 spaniam sita est. Sed quæ e picea, nuci  
 bus pineis & cupresso manarunt, nihil  
 ad illas, nec tantis viribus potiuntur.  
 Verûtamen eorundem gratia quorum  
 & ille sumi solent. Lentiscina terebin  
 thinæ respondet. Vritur resina omnis  
 liquida in vase quadruplæ capacitatis  
 ad humorem qui infunditur. Itaque re  
 sinæ congius in duobus aquæ pluviæ  
 coquitur, subiectis leuibus prunis, res  
 ina assidue mouetur, donec ois odor a  
 boleatur & friabilis & retorrída redda  
 tur, ac digitis cedat. cæterum vbi refri  
 git, in fictile non picatum, quod aconi  
 cū vocant, id est, non allitū, recõditur.

## P L A N T A R V M

Fiet etiam eximii candoris, si resina omnis eliquata præcoletur, quo fæculæ ta sordes excernatur. Vruntur quoque sine aqua, primum lento igne, & ubi colere cœperit, maior carbonū strues superponitur, & triduo citra intermissione discuoquantur, usque dum antedictas naturæ suæ notas exuerint, mox, ut dictum est, reponuntur. A ridasvnius dici spatio decoxisse satis est. Aegine. Resinæ omnes calefaciunt & deficcant, verum terebinthina principatum obtinet discutientis naturæ, emollientis, tenuis, & absterforiæ, eaq; scabiem corrigit. & larix huiusmodi est. Quæ vero e teoda destillauerit, atq; hac magis, adhuc pinea, acrior est, non tamen aut discutit magis, aut attrahit. medium inter ipsas locum tenet, & quæ de picea, & quæ de abiete raditur.

ῥαίμνος,  
Haufig.

R H A M N V S fruticat in sepibus ramos ferens rectos, & aculeos in acutæ spinæ modum, foliis parvis, oblongis, suppinguibus, teneris. Alterum ei genus candidius, tertium nigrioribus latioribusq; foliis constat, & quadam tenus rubentibus, cuius rami quinum

orbitorum longitudinem implent, spī  
nosiores quidem, sed infirmioribus mi  
nusq; rigentibus aculeis. Fructum edie  
latum, candidum, tenuem, folliculariū  
specie, verticillo similem. Aegi. Sic. 2.  
frig. 1. Quare herpetibus & erysipelatis  
non admodum calidis medetur. sed te  
neris eius foliis utendum est.

**R H A P H A N V M** in Radice  
habes.

**R H A**, aliqui rheum, Latini rhapō  
tium vocāt, provenit in iis quæ supra  
Bosphorum sunt regionibus, ex quibus  
affertur. Radix nigra, cētaurio magno  
similis, sed minor & rufior, fungosa, ali  
quantum lævis, sine odore. Optimum  
habetur quod teredines nō sensit, si gu  
stata cum remissa adstrictione lētescat  
manducatumq; colorem reddat palli  
dum, aut ad crocum inclinātem. Aegi.  
Compositum est ex terrestri frigida &  
tenui substantia, aëreaq; calida & leni  
ter acri, eamq; ob causam conuulsis, ru  
ptis, recta ceruice spirantibus opitula  
tur. Quod discutiendi vim habet, liuo  
res emendat, quod astrictoriam, cruen  
tas excreationes, coliacos, & intestino

ῥάπανά  
νόη.  
Raued,  
Rheu.

PLANTARVM

rum tormina sanat, utraq; vero facultate iocinorosos iuuat.

ῥοδία, ἰ  
ζα.

Gignitur R HODIA radix in Macedonia, costo similis, leuior, inaequalibus, quae contrita rosas redolet. Vtilissima capitis doloribus, si madefacta fronti & temporibus cum rosacei momentis imponatur Aegineta. Calefacit secundo, tenui & discursente vi praedita,

ῥοῦς  
Sumach

R H V S, quae obsoniis aspergitur, ab aliquibus erythros appellata, semen est coriarii fruticis, sic vocati, quoniam coriorum infectores eo vtantur ad inspissandas pelles. ab uscula in petris nascens, binum cubitorum altitudine, foliis oblongis, subrubentibus, in ambitu serratis, acimo vuarum gracilium denso, magnitudine terebinthi, quadam tenuis lato. Cuius coriacea tunica per quam utilis est. Aegi. Rhu coriariae a medicis dictae fructus praecipue, & succus, magno in vsu sunt, astringit enim & sic. 3. frig. 2. (Emedaui mus ῥῥυτικῶν, ut iuxta Galenum ῥυτικῶν legat.

\* R H V S herba syluestris Plinio, collolis breuibis, foliis myrti, tineas & venena pellit.

**CICLI**, aut croton, nomen accepit <sup>κερότυον</sup> Kerua.  
 s'ricini animalis similitudine arbor p' Kerua.  
 uenit parua ficus altitudine, folio pla' Pentada  
 tani, maiore, lzalor, & nigrore, ramis stylus.  
 caudicibusq; cauis, in arundinis morē Catapu  
 semine i' uuis s'peris, quod corricibus tra  
 ctatum, ricinum animal repraesentat, maior  
 ex quo oleum, nomine cicinum, expri  
 mitur, cibus fordam, lucernis emplas  
 trisq; utile; Aegina. Ricini fructus  
 quoadmodū purgat, abstergit, digerit,  
 sic etiam folium, sed imbecillius.

**R O D O S A** Gallis appellata her  
 ba, ut inquit Plinius, iuxta uiduas po  
 pulos prouenit, caule instar ficulneae  
 virgae articulatō, foliis urticae in me  
 dio exalbidis, quae processu temporis  
 tota rubent, flore argenteo. Praecipua  
 contra tumores feruoresq; & collectio  
 nes per se, vel cum axungia veteri  
 tusa.

**R O S A** refrigerat & astringit, sed <sup>διδρομ,</sup>  
 sicca multo magis. Succus recentibus <sup>Nard.</sup>  
 foliis exprimitur, defectis fornice un  
 guibus (sic appellantur candidae folio  
 rum partes) reliquum in pila premi &  
 teri debet in umbra donec cogatur,

R 4

## PLANTARVM

& ita ad oculorum circumlitiones res  
condi. Siccantur etiamnum folia rosa-  
rum, cōtinuo versata ne muceant, neue  
fitus in iis infideat, Aegi. Rosæ mixta  
constant substantia, aquosa scilicet, ca-  
lida, astringente & amara, flos autem  
ipsarum magis adhuc astringit, eoque  
desiccatur.

αβαντος  
τῆς

Duo ROSMARINI genera, vnū  
fœcundum frugiferumq̃, cuius semen  
cachys vocatur. folia fœniculi habet,  
crassiora & latiora, in rotæ speciem,  
humi sparsa, iucunde olentia. caulē cu-  
biti altitudine, aut maiorem. multis  
concauum alis in cacumine vmbellā,  
in qua semen copiosum, candidum,  
sphondylo simile, rotundum, angulo-  
sum, resinaceum, quod in mandendo  
linguam exurit, radix thus redolet, can-  
dida, prægrandis. Est & alterum omni-  
no consimile, semen ferens latum, ni-  
grum vti sphondylion, odoratum, mi-  
nime exurens, radice foris nigra, intus  
si frangatur alba. Verum id quod steri-  
le dicitur, illorum plane similitudinē  
refert, sed neq̃ caulem, neq̃ florē, neq̃  
semen promit, nascitur in saxosis &

asperis. Rosmarinum cum erica nas-  
 sci, foliis lactuæ syluestris amara aspe-  
 rioribus, candidioribusque, radice bre-  
 ui, Theophrastus autor est. potius idi-  
 plum alterutra parte purgare.

**R O S A M A R I N V M** quo co-  
 ronarii vtuntur, ramos mittit tenues,  
 & circa eos folia minuta, densa, lōga,  
 exilia, subter incana, superne virentia,  
 graui odore. Aegineta. Libanotis vna  
 sterilis est, duæ fructumferentes. Vires  
 illis extēgendi, incidendi, discutiendi,  
 & emolliendi. Succus earum oculis ex  
 humorum crassitie hebetibus salutari-  
 ter ex melle imponitur. Coronariæ ve-  
 ro libanotidis decoctum, regio morbo  
 laborantibus recte bibitur.

αβερν  
 τίς.  
 στεφανο  
 ματιχό.

**E R Y T H R O D A N V M** radix  
 rubra, est, qua tinguntur lanæ. vna spō-  
 te, prouenit, altera seritur, vt in Theba-  
 na Galliz, & Rauenna Italiæ, in Caria  
 inter oleas, vt in aruis, solo creditur.  
 hanc non sine quæstu serunt, namq; ma-  
 ximum ex ea sentiunt prouētum aspe-  
 ri caules & quadranguli, lōgi, aparinz  
 non dissimiles, robustiores, & multo  
 prorsus maiores. folijs per interualla

ερυθρό  
 δ' αρωγ.  
 Pauca

PLANTARVM

certa circum articulos stellarim decussatis. Semen eius rotundum, inter initia viride, mox rubrum, postea cum ematurit nigrum, radix tenuis, longa, rubra. Aegineta. Radix acerba amaraque est. Lienem, iecur, & renes ita purgat vt cruenta quoque per vrinam & menses euocet. Cutis vitia rancida abstergit.

*Betros*

R. V. B. V. S., notitia vulgaris. Aegi. Rubi frutice sum abunde astringit & siccat, qua de causa & vulnera committit, & deluxiones sistit. Radix autem praeter astringentem, non parum etiam subtilis est, vnde renum calculos confringere est idonea. Fructus si maturus est, magis calefacit, simulque mediocriter astringit, ac ideo cibo idoneus est, immaturus autem, & acerbus est, & valide siccat, praesertim aridus. Eadem etiam flos efficit. (Chamaebatum rubi genus humile supra diximus.)

*Betros  
Idaios  
Buleich*

Idaeus R. V. B. V. S. appellatus est, quoniam passim in Idae proueniat. Est autem longe tenerior priore, ac minoribus spinis horrens, quanquam & sine spinis inueniatur, insuper eadem praestat quae supradictus. Aeg. non recessit.



**R V B** vis canis frutex est arboris <sup>κνυδός</sup>  
 instar, rubo longe maior. folia fert mul <sup>βατος.</sup>  
 to latiora myrto, firmis circa ramos  
 spinis, flore candido, fructu oblongo,  
 nucleo olivæ simili, qui per maturita  
 tem fulvescit, & flocculos intus conti  
 ner. Aeg Rubi canini fructus non in  
 strenue astringit, folia id præstant me  
 diocriter. At quod in fructu lanæ spe  
 ciem præ se fert, ceu arteriæ inimicum  
 chæri debet.

3 **R V M E X**, vide Lapathum.

4 **Sylvestris MYRTVS**, aliquibus <sup>δ'εμυρ</sup>  
 ormyrsine, aut myrtacantha, Latinis <sup>ομύρα.</sup>  
 ruscum appellatur folium fert myrti,  
 latius, in formam lanceæ ma. ronati.  
 bacca per maturitatem rubescunt, ro  
 tundæ, a medio folio dependentes, of  
 seo intus nucleo. cubitales ramuli ab  
 radice exeunt. vitilium modo lenti, fra  
 ctu contumaces, foliosi, radice grami  
 nis simili, acerba, & subamara. Folia &  
 bacca in vino potè urinam cient, men  
 ses pellunt, vesicæ calculos frangunt,  
 stillicidio urinae medentur, dolores ca  
 pitis sanant, & regium morbum. In as  
 peris & præcipitibus locis nascitur.

PLANTARVM

Decoctum radicis in vino potum, eosdem præbet effectus. Cauliculi recens, asparagorum vice, in cibo sumuntur. amari autem sunt, sed urinam mouent. ( Galenus & Aegineta nullam fecere mentionem. )

πύκνου

R V T A montana syluestrisq̃ satia & hortensi acrior est, & in cibis damnata. Satiua vero quæ sub ficu arbore enascitur, magis in cibos admittitur.

πύκνου

Vocant etiamnum syluestrem rutæ,

ζυγίου

quod in Cappadocia & Galatia Afiz

Harmel

finitima moly dicitur. Frutex est q̃ ab vna radice multos emittit cauliculos, foliis multo quam alterius rutæ longioribus, tenerioribusq̃, odore graui, flore candido, capitulis in cæcumine paulo maioribus quam satia rutæ, quæ tribus maxime partibus constat, in quibus triangulum semē, subrufum gustu amarū recluditur. cuius est vsus, semen autumnno maturescit. quod cum melle, vino, croco & foniculi succo, ac gallinaceo felle teritur cōtra retusam oculorum aciem. Sunt qui eam har malam vocent, Syri besafan. qui Cappadociam incolunt moly, quoniam

quandam cum moly seruet similitudinem, radice nigra, flore candido. In colibus & læto solo, prouenit. Aegineta, Ruta syluestris calefacit, siccatur quarto. Satiua vsque ad tertium, Vis eius est crassos lentosque humores incidere, & dissipare, urinam mouere, attenuare, & flatus discutere, vnde & venarum coërcet. Alio loco in moly, quæ etiam ruta syluestris est, substantia tenuem esse prodir, calefacit. 3. & reliqua cum superioribus eadem.

S

**SABINA** duorum generum est. B. g. b. v.  
Abel.  
Vna foliis cupresso similis, spinis horridior, grauitè olens, acris & feruens. arbor est coactæ breuitatis, quæ sese magis in latitudinē fundit: huius foliis nonnulli pro suffitu vtuntur. Altera tamarici folio similis est. Aegine. Cal. sic. 3. tenuissimaque est, extenuat, & digerit pota, tum in pueredines cupressi similiter efficax est.

**SACRA** herba, quæ & peristereō ie. g. o. s. o. p.  
r. d. v. n.  
nominatur, ramulos emittit cubitales aut maiusculos, angulosos, in quibus ex interuallis folia quercus, sed minora

PLANTARVM

ra angustioraq; eisdem diuisuris in am-  
bitu, colore aliqua tenus caesio. radix lo-  
ga, tenuis, flores purpurei, graciles. Ga-  
len. & Aeg. tactam praeterierunt. Dio-  
scorides serpentibus aduersari scribit,  
morbo regio cum altis quibusdam suc-  
currere. Veteres tumores & inflamma-  
tiones illitam lenire, sordida purgare  
vlcera, tonsillarū crustas cum vino er-  
pere, oris depascentia vlcera compe-  
scere.

σκαυαππ  
704.

**S A G A P E N I V M** ferulaceae her-  
bz succus est, quae in Media nascitur.  
Optimum est translucens, fuluo forin-  
secus colore, & intus albo, nescio qd  
inter laser et galbanum redolēs, gustu  
acri. Aegine Liqueor est calidus & res-  
nuis, cui etiam absterforia quaedam vis  
inest, quae & oculorum cicatricibus &  
suffusionibus prodest.

ιτ'α  
Bulef

**S A L I X** vulgo nota est. Aegine.  
Salicis & folia & nos facultate constant  
quae citra rofionem ficcet, tum quae nō  
nihil etiam astringat. Cortex autē pau-  
lo ficior est, cuius, perusti cinis ex ijs  
habetur quae vehemēter exiccent, quae  
clauos & myrmecias cū aceto exterit.

**SALVIA** siue eleliphacon, frus ἐλελίφω  
φάκω  
 tex est ramosus, longus, virgas habes  
 quadrangulas, & canas, folia mali coto  
 nei effigie, sed longiora, asperiora, cras  
 siora, & quæ sensim attritarum quasi  
 vestum scabritiem referant, hirsuta,  
 subalbida, perquam iucundo odore,  
 sed graui semen summis in caulibus  
 syluestri ormino simile gerit. In aspe  
 ris nascitur. Aegineta, Euidenter calfa  
 cit, & leuiter astringit.

**SAMBUCI** duo genera. Vnum ἀμυγδαλίτης  
 in arborem assurgit, sulculos spar  
 gens arundinaceos teretes, cauos, can  
 dicantes, proceros, folia iuglandis, ter  
 na quaternae, ex interuallis circa rae  
 mos exeunt, graui odore, minutim  
 in ambitu secta, & in ramulorum cas  
 cuminibus cauliculisque circinnatae  
 umbellæ, quæ florem candidum pari  
 unt, mox acinum terebintho similem,  
 in nigredine suppurpureum, racemos  
 sum, succo madentem, vinosumque.  
 Alterum genus chamæactæ vocas  
 tur, Romanis ebulum, lōge humilior  
 est, magisque herbaceo generi assignādū

# PLANTARVM

caule quadrangulo geniculato, foliis amygdalæ, ex interuallo longioribus, geniculatum expansis, pinnatisq, graueolentibus, in ambitu serratis, muscario sambuci, flore & acino eiusdem. radice nititur longa, crassitudine digitali. Aegineta, Sambucus pariter & ebullus deficcant, modice digerunt & conglutinant. Potu autem eluue per aluū aquam educunt.

σαμψυχο  
χος.

**SAMPSUCHM** in Cypro & Cyziceno laudatissimum, secundum sibi locum vëdicauit Aegyptium. Amara cum gens Sicula & Cyzicena appellat. Herba est ramosa, per terram repens foliis eius calaminthæ quæ tenui follo constat, leptophyllos appellatur, hirsutis & rotundis. suauissimum odorem spirat, ideo coronis inferitur. Aegine. Cal sic. 3. Est etiam tenuis naturæ & discussoriæ.

σαλγιο  
νος

**SANGVINARIA**, vel polygonum mas ramos habet teneros & molles, frequentibus geniculis cinctos, qui per terram, vt gramen, repunt, folia rata, sed molliora longioraq, semine sub omnib. foliis turgescente, vñ, de marem

de maxem appellari volunt. flos ei candidus, aut puniceus. Sanguinaria foemina fruticat vno caule, arundini teneræ simili, densis geniculis, & in se tubarum modo factis. articulos in orbem cingunt, apices foliolis piceæ similes. radicis nullus vsus, nascitur in riguis.

Aegineta. Habet sane vim quandam astringendi, sed humiditas in secundo ordine frigida in ea præpollet. Stomachi feruori frigida inspergitur vtiliter, sacris ignib. inflammationibusque calidis illinitur, ac talis quum sit, fluxiones repellit, atque hac ratione siccatoria esse putatur. Foemina autem mas vehementior est. (De tertio quodam eius genere. in polygono syluestri iam diximus.)

SANTALVM Græcis recens  
eiorib. lignum est, quod India mittit. \*σάνταλον  
Luteum præfertur, si pingui quodam  
ταλον  
scatet. Secundas partes obtinet rubrum,  
& frigidius aliquanto cæteris existima-  
tur. Tertio loco reponitur album. Gal.  
3. sic. 2. Excalfactis auxilio sunt, imbeci-  
lilitatem stomachi leuant, itemq; car-  
diacos affectus, quos irrepens bilis ex-

S

**PLANTARVM**

citauerit. Ex albo oui liquore fronti lo-  
 posta defluxionum impetus quæ ad  
 oculos decumbunt, cohibent. Trita ex  
 stillatio rosarum liquore, & illita tẽ-  
 porib. adiecto caphuræ momento, at-  
 dentes capitis cruciatus mitigant. In  
 candescentib. articulorum inflamma-  
 tionibus, podagrisq; ex succo folani,  
 aut sedi, vel portulacæ, lenticulæue  
 palustris illinuntur, repelluntq; humo-  
 res, qui eo loci se conferunt, præcipue  
 rubrum. (Nunc nullæ non tere medico-  
 rum potiones vt gratiam odore suo a-  
 fumentibus ineant, iis imbuuntur sane-  
 talis.)

σκηνο.  
 κόλλα.  
 Ansa  
 rot.

**SARCOCOLLA** lachryma ē  
 arboris in Perside nascentis, pollini-  
 thuris similis, rufa, gustu amara. Vuls-  
 nera glutinat, oculorum fluxiones in-  
 hibet. emplastris inferitur. Adulteratur  
 admisto gūmi. Aeg. Opplet, citra rosio-  
 nē siccatur, ideoq; vulnera glutinat.

\* **SARDONIA** vel sardoa her-  
 ba pro altero ranunculi genere intelli-  
 gitur, copiosissimum in Sardinia, gu-  
 rus acerrimi, priuatim apium rusticū  
 cognominant. Sunt qui apiastro, id est,



lyneori apio similem faciant. Memi-  
 nit Dioscorides libro sexto. hac vesce  
 tibus mentem adimi, & quadam nero  
 usum disentione debiscere in: rictus  
 ora cogijta vt ridemur imaginem  
 prabeant: inde Homerus & posteri ris  
 som nullo salubri sensu degnum, iando  
 nium nominant. Strabo ex hac herba  
 toxicis genus Hispanos confecisse pro-  
 didit, haustu eius vrgente vi maiore  
 ciera dolorem ipsi sibi mortem consci  
 scobant. Nascitur secus fontes, nullum  
 tñ virus pestilens aquis impertit. Pan  
 sanias apud Sardos ea gigni scripsit.

S A T Y R I V M aliqui trifolium  
 vocant, quoniam tria fert folia, ad ter  
 ram infracta, rami aut lilio similia,  
 minora sament, ac rubra, caulem cubi  
 talem, nudum, florem lili effigie, ca  
 didum, radicem bulbosam, mali ma  
 gnitudine, fuluam, incus, vt ouum,  
 candidam, gustanti dulcem, & ori nō  
 ingrati. Est & alterum satyrium  
 erythronum siue erythraicon, id est, ru  
 bum, semine lini, maiore, duro, laui,  
 splendente, qđ fertur, nō secus atq; scin  
 cui, libidinem excitare, corlice rad. cis.

ant/g  
 04  
 Gbasi  
 Alcha  
 leb.  
 94  
 Atralis  
 con  
 Tatas  
 rich.

PLANTARVM

gracili, rufo intus autem album inclusitur, sapore dulci, non ingrato ori. in montosis & apricis nascitur. Aegine. Satyrium humidum est & calidū, item flatuosum, vnde veneris appetentiam facit. Nonnulli opisthotonis cum vino austero potum salutare esse tradunt. Galenus in cōmentario de theriaca, trifolium ait hyacintho simile, quum aere inturgescens, semen sylvestri cnico æquale habet, decocti ipsius ius superfusum, phalangii aut viperæ morsus sanare, sapor idem potui datū, similem animalium horum scilibus affectum conciliare.

\*

SATYRION basilicum. Græcis nominatur, foliis nigra plumbagine maculosis, reliqua superficie cynosorchi similis. radix subest lutea, ac instar manus effigie ramosa. Cutim erugat, ad neruorum dolores, & contra noxia medicamenta datur. Semen ex vino sumptum nouem diebus comitialis sanat. In eundem effectum vinum diluitur herbæ decocto. Scobs radice propinatur in vino ad arcendam quartam, quam & vomitione curat, paulo

σατυρίον  
ουβροσι  
ακόμ

ante adorationem pota. Fertur & alius  
 letum esse radice gestata. (Idorbantem \*)  
 quoque illam satyrion Iodanis appella-  
 uerim; Theophrasto aliam ex India,  
 incredibili nequanda ad libidinis mo-  
 tus potestate vel contracta; non tamen  
 speciem eius aut nomen aliud reddi-  
 dit Theophrastus.)

Habent hodie & Syrii herbam simili \*

effectu, buchaidem nominant, & Indi  
 eum satyrion, radice candida & dura,  
 commendat idre quo crassior, rugosior  
 & albius fuerit, podagris utili.

**SATYRIEA** erinalis notitia ωμβρα.  
 est. gignitur in asperis locis, & tenui so-  
 lo, thymo similis, minor tamen & te-  
 nerior. deferre spicam florum plenam,  
 coloris herbacei. Eadem potest quae  
 thymum, si modo consimili sumptite-  
 rar. A prois sanis usus. Est etiam in qua  
 dant fatua, syluestri proferus minor,  
 quae propter miidorem acrimoniam,  
 commodius in cibos recepta est. A eg-  
 thymbra agrestis quidem eadem quae  
 thymus praestat, hortensis autem in os-  
 mibus quidem imbecillior, sed ad ci-  
 bum laudatior.

PLANTARVM

SAXIPHRA GA seu saxiphra  
 ges urinam mouet, & calculos con-  
 trahit. Aegineta.

σκαμμον  
 α' α,

SCAMMONIA, ramos ab una  
 radice emittit trium cubitorum, multis  
 eos, pingues, & qui nonnihil crassitudi-  
 nis præ se ferant, foliis heximis, aut he-  
 deraceis, mollioribus tamen, hirsutis,  
 & triangularis, flore candido, rotundo,  
 in calathi modum cauo, graueolente,  
 radice prælonga, crassitudine cubitali,  
 candida, graui odore, succo grauida.  
 Legitur ad hunc modum succus, Capite  
 exempto, radix in testudinis specie  
 culro excauatur, quo fit vt in cauum  
 confluat succus, qui conchis demum  
 excipitur. Alii scrobes in terra conca-  
 merato sinusodunt, in quos, subiectis  
 iuglandium foliis, profundum succum,  
 siccatumq; extrahunt. Laudatur autem  
 scammonium leue, nitidum, rarum, &  
 colore quam simillimum taurino glu-  
 cini, fungosum, tenuibus fistulis, quæ  
 ex Mysia regione Asiae deportatur. Nec  
 attendere solum par est, si lingue ta-  
 ctu albescat (hoc enim quærit adules-  
 cato, quod admisto fit cithymallaste)

sed longe magis antea narratis item si non vehementer linguam exurat, id quod misti tithymali argumentum est. natione autem Syriacum & Iudaicum deterrima habentur, grauia, densa, erui farina & tithymalo vitiata. Aeg. Scammonia calfacit, digerit, & biliosa extergit, magisq; eius liquor qui iam & phymata dissipat, foetus appositus corrumpit, lepras extertit, in diuturno capitis dolore cum oxyrhodino vtiliter respergitur. Radix autem tum ipsa, tum decoctum eius potum, purgat. Cum aceto & farina hordeacea decocta, coxendicum doloribus illinitur.

**SCANDIX** syluestre olus est, amarum, subacre. quod crudum coctumue manditur. stomacho & ventri vtile. Aegineta. Cal. sic. 2. Urinam pellet, viscera obstructione liberat.

**SCYLLA** incidit, calefacit, & de siccatur, in secundo ordine. praestat autem eam assam aut elixam sumere.

**SCOPA** regia Plinio viola est violentum spirans odorem, sed hoc foliis non floribus. (fortassis eadem fuerit viola

## PLANTARVM

flammea, cuius ramuli & folia odora-  
ta describuntur, hos inodorus. Vere  
statim post purpuream emicat, sylue-  
stris duntaxat, interdum tepidiorib. lo-  
cis, vbi cælum arridet clementius, nõ-  
dum exacta hyeme, colore commenda-  
bili, odore nullo, semine proueniens  
coronis. Plurimum dicitur tempus.

Græcis phlox & phlogion appellatur.)  
Dioscorid. bunion suum Latinis sco-  
pam regiam scribit appellari. Plinio si-  
militer appellatur fideritis, quæ sit la-  
tissimo folio, vulneribus præcipua, q̄  
etiam præciosos nervos glutinare possit.

*oxyedra*  
*04* **SCORDIVM** in montibus &  
palustribus nascitur, foliis trifaginis,  
inajoribus, non sic in ambitu diuisis,  
aliquantum alia redolentibus, gustu  
amaris & adstringentibus, quadrangu-  
lis caulibus, subrubro flore. inter prio-  
ra efficax Ponticum natione. Creticũq;  
Aegine. Vatis pollet facultatibus, vt  
quod amarum, acerbum, & acrescit. pur-  
gat igitur simul & calfacit viscera. vri-  
nas & menstrua concitat, refrigerata om-  
nia excalfacit, vulnera glutinat, res  
purgatq;, aridum illitum cicat. icem

inducit.

SCORDION alterius generis menthaſteo ſimile a Plinio traditur. \*σκόρδο  
 Διον

SCORPIOIDES herbula eſt, quæ ſemē habet ad ſimilitudinem cau-  
 dæ ſcorpionis, foliis paucis. illitum va-  
 let aduerſus animal ſui nominis. (Pli-  
 nius herbam ſcorpium vocauit, quan-  
 quam & alijs idem nomē cōtribuat.) ΕΤΕΡΟΥ.  
 σκόρπιου  
 αΐδες

SCORPIVS ſiue nepa nullum  
 folium habet Plinio, ſed in cacumine  
 aculeam, ſub cuius extremo in carne  
 prouerberante, florem profert per initia  
 candidum, poſtea leniter accedentem  
 ad purpuram. Poſt æquinoctium autū-  
 ni floret, radice ſingulari eademque bre-  
 ui cohæret. Spina eſt in torum, aſparat  
 gi caule. Nomem ab aculeo ſuo traxit.  
 (Eandem arbor cum Dioſcoridis tra-  
 go herba. Deſcribit & alium Scorpiū  
 Plinius cyclamini folio, ætoniti generis  
 bus adnumerandum.)

SEBASTI, vide Myxa.

SCORODOPRASVM ma-  
 gnitudine porrum æquat, qualitatem  
 porri & allii particeps. vnde promiſcus  
 as ſibi vires ex utroq; vendicauit, eſſe,

## PLANTARVM

stus allii & porri præbens, inefficacis tamen, coctum, porri modo, dulcescit, & in olerum vicem transit. Aegi. Porri & allii mixtas habet vires, & gustatū.

\* **SECALE** Plinio farraginis genus occari tantum desiderat. Taurini sub alpibus asiam vocant. deterrimum & tantum ad arcendam famam, vile, fecunda, sed gracili stipula, nigritia triste pondere præcipuum. Admiscet huic far ut mitiget amaritudinem eius, & tamen sic quoque ingrattissimum ventri est. Nascitur qualicumq; solo est centesimo grano, ipsumque pro latamine est.

πταλόν  
709

**HEDYSARON**, unguetarii per lecinum, id est, securidacem vocat, fuscicosa est, foliis ciceris. Semen rufum in filiquis fert, corniculoum modo aduncis, quod ancipitē securim æmulatur, vnde nomen accepit. amarum gustu. Nascitur in segetibus & hordeis. Aegineta. Amarum est, leuiterq; astringit, vnde potum stomacho gratum redditur, viscera obstructa repurgat.

**SELAGO** similis herbæ Sablæ est. Hanc contra omnem pernici-



ciem habendā prodidere Druidæ Gal-  
lorum, & contra omnia oculorum vis-  
tia fumum eius prodesse.

SEMPERVIUVM magnum  
Ideo nominatur, quoniam perpetuo fo-  
lia vireant, cuius caules cubiti altitu-  
dinem implent, interdum excedunt,  
pingues, crassitudine pollicari, viren-  
tes, characiæ tithymali modo insecti,  
folia pingua, carnosā, longitudine pol-  
licari, in cacumine linguæ similia, alia  
in terram connexa, alia in capite stan-  
tia inuicem, itavt ambitu effigiem imi-  
tentur oculi. nascitur in montibus, &  
castaceis. supra domicilia etiam seri-  
tur. Semperuium paruum in petris,  
parietinis, & maceriis, necnon scrobi-  
bus opacis nascitur, caulibus ab vna  
radice multis, tenuibus, crebro folia-  
tis, exilibus foliis, rotundis, pin-  
guibus, mucronatis, caule a medio  
emicante, palmum alto, umbellam  
herbidosque flores & tenues gerente.

Folia eisdem cum priore viribus præ-  
dita sunt. Tertium videtur semperui-  
ui genus, quam aliqui andrachnen a-  
griā, aut telephion vocauerunt, Romāi

PLANTARVM

illecebram, pusillis, crassioribusq; fo-  
 liis, hirsutis, portulacæ proximis. na-  
 scitur i saxis. vis ei excafactoria, acris  
 exulcerans. illita cum axungia, strumas  
 discutit. Aegine. Aizoon vtrunq; frig.  
 3. siccat autem astringitq; mediocriter.  
 Valet erysipelatis, & ad herpetas, inflā-  
 marionesq; ex fluxione concitatas con-  
 uenit.

ἡ γιγέρω

SENECIO cauliculo est cubita-  
 li, subrubro, foliis continuis, diuisura  
 erucæ, sed minoribus multo, luteis flo-  
 ribus, qui celeriter dissecti vanescunt  
 in pappos. nomen vero sibi vindicauit  
 quoniam flores capillorum ritu vere  
 canescant. radice superuacua. nascitur  
 maxime in maceriis, & circum oppida  
 Aegine. Mixtas habet vires, refrigerat,  
 & modice discutit.

SERICA in Ziziphis leguntur.

ἡ ἔρις

Dū debe

SERIS duum generum est, altera  
 syluestris, quæ picris & cichorion voca-  
 tur. altera satiuā, latioribus foliis con-  
 stat, romacho quam hortensis utilior,  
 quæ iterum in duas species digeritur.  
 vna folio latiore prodit, lactucarum si-  
 millima altera angustiore est folio, &

gustu amara . Aegineta . Subamarum  
 olus est, admodum refrigerans hume-  
 stansq; cum astrictione nonnulla.

SERPILLVM duorum generū ἔρπυλα  
λοφά  
 est. Hortense odore sampsuchum imi-  
 tatur atque in coronas addi solet, cui  
 a serpendo nomen inditum est, quo-  
 niam si qua eius particula terram attin-  
 gat, inibi radices demittet . folia & ra-  
 mulos origani habet, sed candidiores.  
 in maceris multo procerius assurgit.  
 Sylvestre, zygis appellatum, non serpit  
 sed in altitudinem increfcit, ramulos  
 ædens tenues, surculosos, foliis refer-  
 tos longioribus quam rutæ, & duriori-  
 bus, angustis. flores iucunde olent, gu-  
 stanti acres. radice nullus vsus. Nalci-  
 tur in petris, satiuo efficacius, atq; ma-  
 gis excalfaciens, & ad medendi vsum  
 aptius. Aegine. Serpillum calefacit, vt  
 & vrinam & menstrua commoueat.

SESAMA stomacho inutilis ci-  
 bus. Aegineta. Sesamum non parum σίσαι  
ροφ  
σισαμο  
ειδές  
 lentoris, pinguisq; obtinet, idcirco op-  
 plere, mollire, & mediocriter caleface-  
 re idoneum est.

SESAMOIDES magnum, in μέγας

# PLANTARVM

Anticyra elleborum vocant, quoniam albo veratro in purgationibus miscetur. simile est senecioni aut rutæ, longifolio, flore candido, radice gracili, ignaua, semen gustu amaro, cætera sesamæ simile. Ventrem detrahit. datur tritum ad bilis pituitæque defectiones, quantum tribus digitis capitur, additor veratri albi selquiobolo, ex aqua mulsa. Sesamoidi paruo cauliculi sunt dodraniales, folia coronopi, minora, hirsutiora, & in cauliculorum cacumine capitula, florum pene purpureorum, medio eorum albo, semen sesamæ, fuluum, amarum, radix tenuis. Detrahit bilē pituitasque, semē ex aqua mulsa potum dimidio acetabulo. illitum ex aqua, tumores ac tubercula discutit. nascitur in asperis. Aegineta, Sesamoidis albi (aut potius parui, mendum enim interpretor λευκὸν πρὸ λεπτου.) semen calefacit, detergit, & rumpit. Maius autem veratri vires sequitur. Galeñ.

σησαμο  
 οδ' ε'ς με  
 κρο' η

τοσδ' η  
 αοη'

TORDYLIVM, quod aliqui Creticum sefelivocant, iuxta Ciliciam in Arnano mōte nascitur, herbula sur-

culosa, semine duplici, rotundo, scutulis  
lorum effigie, odorato, subacri. Aegine  
ta, Gordylon alii seseli appellant, cali  
dum est, urinae & mensibus educendis  
habile. Radix ipsius cum melle lineta,  
quae in thorace haerent, educit.

SESELI Massiliense folia fornici  
culi habet, crassiora, caulem vegetiore,  
umbellam anethi, in qua semen oblon  
gum, angulosum, degustanti statim acre.  
radix longa est, iucundi odoris. Aethio  
picum seseli, folia habet hederæ, mino  
ra, & ad periclymeni modum oblonga.  
frutex nigricat, palmitibus in bina cu  
bita extensis, ramis sesquipedalibus, ca  
pitulo anethi, semine in tritici morem  
dorso, nigro, amaro, Massiliensi odora  
re, & aciore, multum suavi. Peloponē  
se folia habet cicuta, iatiora, & crassio  
ra, caulem supra Massiliensis magnitu  
dinem, ferulaceum, & latum, in cacumine  
umbellam, in qua semen latius, odora  
tum, & carnosum pedet. Eisdem viribus  
præditum est. nascitur in asperis, riguis  
& collibus. inuenitur etiam in insu  
lis. Aeg. Seselis radix magisq; semē i  
signiter calefacit, tenuisq; substantiæ ē,

σεσέλι.

πελοπον  
νησικ  
κόμ,

# PLANTARVM

vrinam quoque ciet, comitialibus & te-  
sta ceruice spirantibus accommodatum.

ΣΕΥΤ  
λομικ'λοι'  
χορ.

**SEVTLOMALACHON** res-  
cens Græcia fecit Olus, quæ fidias mal-  
uaceam betam (forte quod figura & de-  
ticolato feminis habitu betam, & mol-  
litia maluam mentiretur.)

συκομο-  
ρος

**SYCOMORVM** aliqui etiam  
sycaminum, id est, morum vocant, cus-  
ius fructus sycomorum etiam propter  
inefficacem gustum appellatur. arbor  
est magna, fico similis, frondosa, mul-  
to lacte abundans. foliis mori. potnū  
ter aut quater anno fert, non ramis, vt  
ficus, sed caudice ipso, caprifico nō dis-  
simile, dulcius grossis, sine granis ite-  
rioribus. quod non maturefcit, nisi vn-  
gue aut ferro scalpatur. Nasentur pluri-  
mum in Caria, Rhodo, locisq; nō mul-  
ti tritici feracibus, vbi prouentu foecun-  
do restibilibq; iuuentum adfert, cum  
annonæ caritas premit. Gignitur & in  
Cipro arbor genere distans, quæ cum  
sit vlmus, prædita tamen est foliis sy-  
comori, fructu pruni magnitudine, mlt-  
to dulciore, supradictis cætera similis.  
Aegine. Sycomori fructus nullius nu-  
trimenti

limentum est, & stomacho noxius. Lix-  
 quot arboris vi pollet emolleda, glu-  
 tinatoria vulnerum, diacussoria tumo-  
 rum, bibitur iungiturque ad serpentium  
 morsus, lienes induratos, stomachi do-  
 lores & in accessionibus febrium hor-  
 rores.

**S I D E** planta lacustris est in Or-  
 chomenio lacu frequens, papaveri sis-  
 milis, roseo flore, vasculo mali ampli-  
 tudine, candidis membranis obducto,  
 semine intus rubro, gustu rriticū zmu-  
 lante. Caput & folia super undas emi-  
 cant, mox cum defloruit inclinatur in  
 vadum, semenque spargit. Pli. in Theo.

**S I D E R I T I N** aliqui heracleam  
 vocant. folia habet marrubii, sed lon-  
 glora, satis ad frondem quercus, aut  
 saluiz accedentia, minora tamen, & as-  
 pera, caules edit quadrates, palmum  
 saepe excedentes, non iniucundi gustus,  
 aliquantumque substringentis, in quo-  
 bus p interstitia orbiculatae vertebrae,  
 vt in marrubio, spectantur, & semen  
 in eis nigrum. nascitur in petrosis. Mli-  
 ta folia, tuapte vi, vulnera sine inflam-  
 mationis periculo iungunt. Altera si-

visus  
 TIS,

T

## PLANTARVM

deritis binum cubitorum, ramulis vultu-  
libus, folio filicis, numeroſo, vtrinque  
per ovas diuiſo, pediculo longo, prode-  
untibus e ſummo alarum ſinu ſurculis  
longis, tenuibus, capitulo in cacumina-  
ne orbiculato, aſpero, in quo ſemen  
continetur, quam betæ rotundius aliis  
quanto, ac durius. Huius vis, folio-  
rumque, ad vulnera, præcipua eſt. Si-  
deritim aliam eſſe tradunt, quam Cra-  
teas heracleam vocat, in maceris &  
vineis naſcentem, foliis coriani, a radi-  
ce numeroſis, dodranalibus caulibus  
libris, læuibus, teneris, in rubore candicantibus,  
flore purpureo, paruo, guſtanti  
amaro & lento Huius ea vis eſt, vt quæ  
uis recenti vulnere impoſita, ſanguis-  
nem ſupprimat. Galenus, Habet quid-  
dem & abſtergens aliquid, ſed amplius  
humidum & mediocriter frigidum, cū  
adſtriptione pauca, hinc inflammatio-  
nibus reſiſtit, vulnera glutinat. De Achil-  
lea ſideriti alibi diximus.

\* **SIDERITIS** Plinii latiffimo fo-  
lio in ſcopa regia habetur.

\* **SILÉR** frutex eſt, qui nonnunquã  
arboreſcat, vt baculos ruſtici ex eo fac-



clant, in aquaticis nascens quasi pumila  
 la salis, cuius etiā generibus annu-  
 rari creditur. Eius folia illita fronti ca-  
 pitis dolores sedant. Semen tritum in  
 oleo phthiriales coërcet. Serpentes hūc  
 fruticem refugiunt. baculumq; ob id ex  
 eo rustici conficiunt.

SILYBON, lata spina est, folia fe-  
 rens chamæleonis albi. Hæc recens cū  
 sale oleoq; cocta estur. Radicis succus  
 drachmæ pondere potus, vomitiones  
 ciet. Aegineta, Succum cum mulla bi-  
 bendum adiicit.

σιλυβος

Eidem generi filigo adscribitur, sed  
 minus aliquanto nutrit. in panes, ut  
 zea, cogitur. Fit quoque e filigine cras-  
 sior farina, quam Græci crimonon vo-  
 citant. Galenus, Olyræ naturam inter  
 triticum & hordeum est media, siue ut  
 nutrimentum consideres, siue ut medi-  
 camentum.

δ'λυρα.

κερατω  
 νια.

SILIQVAE fructus arboris cera-  
 toniæ ficcandi & (Galen. astringendi)  
 refrigerandi virtutis, nonnullius etiam  
 dulcedinis particeps est. Aegineta.

Xyloce-  
 rat a.  
 Char-  
 nu b.

SYMPHYTON, petigen, idest,  
 alius, nascitur in petris ramis tenuibus.

σύμφυ-  
 του

# PLANTVRVM

*Πετρίδιον* parvis,origar: o similibus, capitulis thy-  
mi, turculofum totum, odoratum; gu-  
fus dulce, laltuam ciens, longa radice,  
fabrufa, digitaliter affitudine. carnes au-  
tem cū symphyro decoctæ coalescūt.

*σύνφυτον*  
*τοῦ ἐτε*  
*ροῦ*

Est & alterum symphyton quod aliq-  
uando vocant, id caulem emittit bicu-  
bitalem, aut maiorem, crassum, leuē,  
angulosum, vt lonchi inanem, circa  
quem breui interuacante spatio folia  
exerant angusta, linguæ bubulæ proxi-  
ma, oblonga, hirsuta, caule secundum  
angulos quosdam striato, foliis tenuis-  
sibus ex alarum sinu prodeuntibus, in  
quibus flores lutei, & circa caulem ve-  
lut verbasci semina emicant itam cau-  
lis quam folia, aspera lanuginē horret,  
tactuq; ptyusiam concitant. Radices  
demittuntur foris nigræ, intus candidæ,  
viscosæ, quarum est vsus. Carnes  
quoque, si concoquantur, cogunt addi-  
cæ. Aegineta, Petrum contrariis con-  
stat viribus. habet enim aliquid quod  
incidat, ideoque pus in thorace & pul-  
monibus collectum expurger, itemq;  
renes. Habet etiam aliquam contrahē-  
di virtutem, qua sanguinis excretioni



PLANTARVM

tur, menthæ hortensis similitudine, odoratius, latiore folio. Inferitur coronis. Alterum silymbrii genus, quod aliqui cardaminam, alii sion appellant. ea herba riguis gaudet, & eisdem in locis quibus sion prouenit. quæ ideo nonnullis cardamina nominatur, quod gustu cardamum, id est, nasturtium repræsentet. folia primum rotunda prodeunt adulta erucæ modo funduntur. Galenus, Silymbrium est subtile, discutit, calefacit, siccatur. 3. semen eius tenue calidum est, unde cum vino ad singultus & tormina exhibetur. Cardamina vero arida calefacit siccatur tertio. Viridis calefacit siccatur secundo.

et non,  
Al. Sion  
non.

**SISON** exiguum semen est, in Syria natum, apio simile, nigrum, feruens, oblongum, quo in condimentis, cum cucurbita, & aceto, indigenæ vtuntur. in cacumine granula multa gerit. Aegineta. Si non calidus & subamarus est, urinam mouet, concoctionem adiuuat, menses educit, & viscera obstructa aperit.

**SIVM**, quære Lauer.

et non

**S MILA X** a Græcis, raxus a Lat

nis appellatur, arbor abietis, inquitu-  
dine, & foliorum eiusdem figura, in Ita-  
lia & Narbonensi Gallia Hispaniæ con-  
termina nascens. Auiculæ quæ Italicæ  
taxi baccas deuorant, denigrantur, & q  
ederint eadē homines, alii profluuio  
corripiuntur. Narbone tam præsentis  
est veneni, vt si quid dormiant sub ea,  
aut in eius vmbra subsideant, lædan-  
tur, & sæpenumero moriantur. quare  
de taxo hæc traduntur, vt ab ea caueas-  
mus. Aeg. Smilax, vel cactus arbor est  
virosæ virtutis. (Sed pro κακρός μα-  
lim legere. κάξος.)

Lubia  
Lascoldi

Hortensis S M I L A X, frutex, cui  
ius semen a nonnullis lobia vocatur.  
folia habet hederæ, molliora tamen, te-  
nuis caules, & capreolos vicinis fruti-  
cibus circumuolutos, qui tantam ado-  
lescunt, vt topiarias scenas repræsen-  
tare videantur. siliquas fixi græci pro-  
fert, longiores & tortiores, in quibus se-  
mina renum similia, sed inæquali co-  
lore recluduntur, quæ quadam ex par-  
te fuluescunt. Siliqua cocta, cum  
semine in oleribus, asparagi modo,  
estur. urinam ciet, & tumultuosa som-

σμίλαξ  
κακρός

PLANTARVM

nia fact. Vide plura in Phafelis.

σμιλαξ.  
τραχάια

- SMILAX aspera, folia habet. per  
risclymeni, sarmenta tenuia, multa, riu  
bi modo, aut paliuri aculeata arbores  
scandit ab imo ad summa perreptans,  
se conuoluens eis. fert racemos exiles,  
qui maturi rubescunt. gustumque leni  
ter mordent. nascitur in palustrib. & al  
peris, radice dura, crassa.

σμιλαξ  
λαα.

Lzuis SMILACIS folia heder  
rae similitudinem habent, molliora, la  
uiora, tenuiora. huius sarmenta nullis  
horrent spinis. conuoluitur arboribus,  
vt prior. fructum parit lupini modo ni  
gram, exiguum, floribus in cacumine  
perpetuis, multis, rotundis. Hac smi  
lace, quadam topiariorum arte, tentō  
ria contra æbus molestiam factitatur.  
folia per autumnum decidua. Aegine.  
Milax tam lzuis quam aspera, arbor  
ses, amplexa, calidam acremque facili  
tatem possidet.

σμιρνιον.  
ου.

SMYRNION, quod in Cilicia  
petroselinum vocant, passim in Ama  
no monte gignitur. caulem habet apri,  
& stolones multos, folia latiora, sup  
pinguia, ad terram infracta, robusta,

odore medicato, cum quadam acrimonia, iucunda, colore in lutrum languescente. capitibus caulium orbiculatis, ut anethi. femine brassicæ, rotundo, nigro, acri, myrrhæ sapore, ita ut alteri alterius loco cedat. radix quoque odorata, gustu acri, fauces mordet, saccosâ, mollis cortex eius foris niger, intus viridis, aut subalbidus. Nascitur in saxosis, & collibus atque squalidis, & limitibus terrenis. Aegineta. Quidam hipposelinum, quidam apium sylvestre nominant. Cal. sic. 3. apio duntaxat fortius, petroselino inualidius. urinae & mensibus educendis accommodatum.

Hortense SOLANVM, frutex cibus idoneus, exilis, pusillus, multis concavus alis, folio nigro, maiore quam ocimi, & latiore, fructu rotundo, viridi, qui post maturitatem nigricat, aut fulvescit herba innocentis gustus. Aegi. Astringit, & frigefacit secundo.

Est & aliud SOLANVM, quod peculiari nomine haticacabon, id est vesicariam, aut physalida vocant, foliis antedicto latioribus. cuius caules, postquam adoleverunt, prona terram

σφύχνος  
κρηαιος  
Hameb  
athaha  
leb.  
Hameb.  
alchahal  
ch.  
σφύχνος  
ελικκω  
καβας.  
Kekēgi.

# PLANTARIVM

spectant, folliculis orbiculatis; fultro  
 intus acino, vesiculis, simili rotundo,  
 laui, quo coronarii veuntur, & corollas  
 factitant. Vm vsumq; hortensis lo-  
 tani habet, verū tibus nequaquam expe-  
 ctur Aegineta. Vrinæ ciendæ idoneū  
 fructum habet, acino vuz æqualem.

ΣΕΥΧΡΟΣ: SOLANVM manicon, aliqui p-  
 μακρός. sion, alii thryon appellauere. huic fo-  
 lium crucæ simile, maius aliquanto, fa-  
 tis acantho, quem paderota vocant, ac-  
 cedens. caules a radice proter os emit  
 ter decem aut duodecim, vnz altitudi-  
 ne adolentes, caput in cacumine oli-  
 uz figura, sed vt platani pilulæ, hirsu-  
 tius, verum maius, latiusq; florem ni-  
 grum. postquam eo exurit, racemus  
 exit rotundus, niger, denis aut duode-  
 nis acinis constans, similibus hederæ  
 eorymbis, vt vuz mollibus. radice fit  
 matur candida, crassa, caua, cubitali.  
 gignitur in montibus vento perflatis,  
 & platanetis. Aegineta. Intus assum-  
 ptum inutile est, a foris autem illitum  
 vlcera depascentia curat. Frig. sic. 2.

ΣΕΥΧΡΟΣ: SOLANVM somniferum, aliq-  
 δ' ΠΥΛΩΤΙΣ: cetiam haliacabon appellant, fruticat



multis ramis, densis, caudicosis, fractus  
 contumacibus . pinguium foliorum ,  
 cotonea. q. mali similia plenis, flore  
 grandi, rubro, fructu in folliculis cro-  
 cato, radice longa, subrubro cortice ve-  
 stita. nascitur in saxis, non procul a ma-  
 ri. Aegineta, Radicis cortex cum vino  
 dentarii pondere potus, somnum con-  
 siliat. Semen urinam mouet, frig. 3.  
 Vnde corymbi eius plures duodecim  
 epoci, furorem accerunt.

**S O M P H V S** cucurbitæ genus  
 syluestris est, cui nomen, quia sit in sa-  
 xis, digitali crassitudine, non nisi in sa-  
 xosis nascens.

**S O N C H I** duo genera. syluestrior  
 quidam est, & magis spinis horret. als  
 ter teneritate quadam mollescit, cli-  
 bus exaritus, angulosa caule, inani,  
 interdum rubente, foliis in ambitu  
 per intervalla dissectis. Alter son-  
 chus tenerior, arboris instar, latis  
 constans foliis. caulem in ramos exes-  
 pntem folia distinguant, sed ad eas-  
 dem pollet. Aegineta. Astringit &  
 manifeste refrigerat, tum corpo-  
 ri, admotus, tum manducatus, exa-

\* 0040  
 006,  
 007205

# PLANTARVM

refectus autem mediocriter caefacit.

δύκ.

**SORBA** colorem luteum referen-  
tia prius quam maturefcant; diffecta  
& fole ficcata mandantur, vt alium fly  
fiant. eadem eft functio molitorum fay  
rinæ, fi polentæ loco fumatur. quod &  
decoctum eorū in potu præftat. Aegi.  
**Sorbus** arbor, cuius fructus oa, a nonol  
lis δύκ dicitur, adftinguendi vim obti-  
ner, fed minorem mēfipito.

σπικυκ

χίκα.

Hispes

nach.

**SPANACIAM** bluis recentior  
res Græci dixerunt, vt putant nonnulli  
aboleris raritate, vel ab albis (vt est) fi-  
mle veri) nationibus emendicatio fpi-  
naceo nomine.

σπαργυλ

νου

Safarhe

**SPARGANION**, aliqui xphi-  
dion vocant. folia habet gladioli, fed  
arctiora, & in terram magis procumbē-  
tia. in fummo caule veluti pitutæ pro-  
minent, in quibus fermen. Contra fer-  
pentis venena, radix cum vino datur.  
Aegi. Vim habet exiccantem.

σπικτι

ου

**SPARTION** frutex eft; longas  
ferens virgas, fine foliis, firmas, fractis  
contumaces, quibus vires vincuntur;  
femen lenticula, in folliculis phafio-  
rum modo nafcens, florem; vt alba vie

far, luteum. Aegi. Sparti & semē & flos cum multa instar quinq; obolorum pota, per superiora purgant veratti modo sine periculo. Semen per inferiora quoque purgat. Virgulæ ipsius ad corē dicunt dolores proficiunt.

**S P H O N D Y L I V M** folia quadā tenuis platani & Panacis habet. caules foeniculaceos, cubitali altitudine, aut amplius assurgētes, in quorum cacumine semē duplex, teseli simile, sed latius, candidius, & magis paleaceum, grauis odoris. flores eius albi, aut paleolentes, radice raphani, candida. nascitur in palustribus & aquosis. Aeg. Fructus eius & radix virtute acris & incisoria suspiriosis, comitialibus, & arquatiss succurrunt. Radix autem circumfusa, fistulisque imposita, illarum callos tollit. Succus e flore ipsius expressus atiquis aurium vlceribus instillat.

σφενδύλιον  
 204

**S P I N A** acuta, vide Acuta spina.

**S P I N A** Alba nascitur in montibus & syluosis, folia fere albi chamaeleonis, angustiora, & candidiora, aliquā tum hispida, & aculeata, caulem supra bina cubita altū, pollicari aut amplior

ἀκανθὰ  
 λευκὰ  
 Bedes  
 guard.

# PLANTARVM

re crassitudine, albicantem; intus caulis  
 in cacumine capitulū inest spinosum,  
 echini marini æmulum, sed minus, &  
 oblongum, flores purpurei, in quibus  
 semen est cnicum, sed rotūdius Aeg.  
 Eius radix siccat, & modice astringit,  
 eoque & stomachicis, & sanguinem ex-  
 puentibus, dentiumque doloribus suc-  
 currit. Semen tenue calidumque est,  
 hinc conuulsioni quoque medetur.

*Quercus*  
*et Sabina*  
**Sucha-**  
**na.**

Arabicam SPINAM natura al-  
 ba & spinæ similem esse constat. ipsa si-  
 quidem stringit ad sanguinis reiectio-  
 nes, mensium abundantiam, cætera scq;  
 fluxiones radix etiamnum valet. Pro-  
 uenit in asperis. Aegineta. Aegyptiavel  
 Arabica spina astringit, siccatq; impen-  
 se, vnde sanguinem, & alias defluxio-  
 nes retinet.

**ſaxv9**

STACHYS frutex est marru-  
 bio similis, sed longior, folia ferens nu-  
 merosa, hirsuta; rara, prædura, cana, o-  
 doris iucundi, & complures virgas ab  
 radice exeuntes, marrubio candidio-  
 res. nascitur in montibus & asperis.  
 Vim habet excafactoriam & acrem, fo-  
 liorum decoctum ponit pellit mensura

& secundas. Aegine. Cal. 3. menses excitat, interimit foetus, secundas pellit.

**STAPHYLODENDROS** \* σταφύλο  
δένδρον  
arbor trans alpes smillima aceri, alba in materia. fert siliquas, & in iis nucleos sapore nucis auellanæ, Plinius.

(Sunt qui eandem Theophrasti colyceam interpretantur)

**STAPHILIS** agraria, siue herba pedicularis, folia habet labruscæ, diuisa, & cauliculos rectos, molles nigrosq; fert florem glasti, & folliculos virides, similes ciceri, & in his nucleum triangulū, scabrum, ex nigro subfuluescētem, intus album, gustu acrem. Aegine. Acris adeo est ut pituitam per os educat, & vehementer abstergat.

**STYRAX** lachryma est arboris malo cotoneæ similis. Præfertur sorbus descens, flauus, resinofus, albicantibus grumis, quam plurimum in sua odoris gratia permanēs. qui dum molitur, melleum liquorem reddit, qualis e Catabalis, Pissidia, & Cilicia deuehitur. Deterior niger, furfurosus, friabilis, canoq; situ obductus. Cæterum lachryma inuenitur gummiū similitu-

PLANTARVM

dine, perlucida, & myrrhæ æmula. verum per pauca manat. Adulteratur ligni scobe, quam vermiculi erodentes excusserunt, melle, & iridis sedimento, & quibusdam aliis. Alii ceram aut adipem odoribus imbutum, fragrantissimis folibus cum styrace subigunt, & per laxa cribri foramina in frigida aqua vermiculos exprimunt, venundantq. Styracem hunc, quoniam in vermiculorum speciem contrahatur, scolecitem cognominant, quem tanquam sincerum imperiti approbant, non animaduertentes ad præcipuam odoris fragrantiam. siquidem acer admodum est, qui adulationis vitio caret. Aegi. Styrax calefacit, emollit, & concoquit. Tussi, destillationi in nares, & grauedini utilis. Menses idem potus appositus trahit.

tab. i.

STOEBAE semen & folia sic. 3. ordine, principio viribus donata affris floris, eamq; ob causam vulnera magis conglutinant. Decodum ipsorum intestinorum torminibus, sanguinis cru. et onibus, auribus purulentis auxiliatur, folia illis oculis ex ictu suffusis

lis conferunt.

**STOECHAS**, iuxta Galliam in torxdo  
 insulis eiusdē nominis e regione Mal: AROS  
 filix gignitur, vnde cognomentum ac: chodes  
 cepit. herba tenuibus surculis, coma  
 thymi, longiore folio, submara gustu,  
 & aliquantum acris. Aegineta. Aperit,  
 extenuat, detergit, & confirmat viscera  
 omnia, torumq; corporis habitum.

**STRATIOTES** millefolium scartido  
 exiguus frutex, palmi altitudine, aut TNS  
 amplius affurgit. foliis auicularum pē  
 nas imitantibus, breui admodum dis  
 lectoq; foliorum exortu. folia syluestre  
 curpinum simulant, præsertim breuita  
 te, atque scabritia, breviora paulo, den  
 siora umbella, & pleniora. Surculos in  
 cacumine gerit exiguos, & capitula in  
 modū anethi, flores paruos, candidos.  
 Nascitur in asperis agris, præcipue cir  
 ca semitas. Eximii vsus ad vlcera veter  
 ra, recentiaq; proluentem sanguinem,  
 & fistulas. Aegineta. Astringit, vlcera  
 committit, nannulli eo & ad sanguinis  
 eruptiones, & ad fistulas vruntur,

**STRATIOTES** in aquis nar: scartido  
 scans, iisdem supernatat, & sine radice TNS

# PLANTVRVM

viuit, vnde cognomentum traxit. Herba temperatio similis, ni maiora haberet folia. Aegineta, Humidus & frigidus est natura.

**STRVNHIUM** in Radicula quare.

**TAXVM** arborem habes in similace descriptam.

TRAE  
04

**TELEPHIUM** herba portulacae similis, & caule & foliis, habes gemina tubercula, a singulis radicum geniculis enascentia, a quibus rami seni septem fruticam, a radice referti coruleis foliis, crassis, lentis, carnosis, flore luteo, aut candido. Nascitur in cultis, & maxime inter vias. Tēpore verno folia senis horis illita albam vitiligine sanant sed postea hordeacea farina illini debet peruncta ex aceto etiam in sole vitiliginem tollunt. sed ubi inaruerunt, absterguntur. Aeg. Cal. . sic. 2. Est itidem absterforium, quapropter vlcibus putredinem expertis conuenit, & vitiliginis, tum leucas, tum alphas cum aceto abolet.

TRAE  
dos.

**TEREBINTHY** S cognita are



hor est, cuius folia, & semen, & cortex **Baton.**  
astringunt, & ad eadē ad quā lentiscus **Botin.**  
cōueniunt, simili parata modo sūptaq;  
Aeg. Cal. 2. viridis sic. 1. aridus sic. 2,  
fructus ubi iauerit sic. 3. hac igit ratio  
ne, & urinā mouet, & lienes adiuuat.

**TESTICVLVM** herbam in  
Orchi quare,

**TEVCRION**, sive ut aliis placet, **τενκρινον**  
teucris, herba est virgæ referēs effi-  
giem, trifaginis similitudine, tenui fo-  
lio, non multū a cicere alieno. hæc in  
Gilia iuxta Gētiadem Cissadēcyber-  
tim prouenit. Aegineta, Calefacit. 2.  
siccit. 3. Vi incisoria tenuique lienio-  
bus medetur.

**THALIETRON** folia corian. **θαλιετριον**  
dri habet, pinguiora paulo, caulem ru-  
ez, in quo folia. Quæ trita, illitu anti-  
qua vlcera ad cicatricem perducunt.  
Nascitur maxime in cæpestribus. Aeg.  
Siccandi vim sine rosione habet. hinc  
vlcera inueterata cicatrice obducit.

**THAPSIA** nomen ideo acces- **θαψια**  
dit, quod in Thapso eiusdem nominis  
insula, primum inuenta sit. tota vero  
natura ferulæ, similis est, graciliore

## PLANTARVM

caule, foliis fomiculi, umbella anethi  
in cacumine, a singulis surculis erum-  
pente, flore luteo, semeni quale ferulae,  
latum, sed aliquanto minus. radix fo-  
ris nigra, intus candida, longa, acris,  
crassiore libro vestita. Lactis extrahen-  
di ratio hæc est, Facto in ambitu sero-  
be, cortices inciduntur, aut radix in for-  
nicis speciem in<sup>o</sup>e exeuata, cooperi-  
tur, quo merus succus confluat, opor-  
tet illuc sequenti die se conferre, & cõ-  
gestum succum extrahere. Tunditur et  
radix in pila, & succus organo per qual-  
lum expressus fictili crasso insolatur.  
Aliqui folium vna terunt, sed inualis  
dior huiuscemodi succus. Hoc autem  
interest, quoniam qui ab radice mana-  
uit, grauius olet, & humidus perma-  
net, e foliis autem extractus, exiccatur  
atque teredinum iniuriam sentit. Qui  
succum colligit, stare debet non obu-  
sus vento, aut potius cum dies apri-  
cus est, & a flatu filet, quoniam ob hæ-  
litus acrimoniam facies vehementer  
intumescit, nudaq; corpora inuadunt  
pustulae, ob id prius liquido cerato &  
astringente, nudas partes illinunt, &

ita muniti accedunt. Aegine .Thapsia  
acris est, & valenter cum humiditate  
calescit, ex alto igitur trahit igniter,  
attractumq; discutit.

**THERIONARCA** inde nos \* *Thapsia*  
men inuenit, quod serpentibus corpo- *vel gnm.*  
rem inferat. frutex est foliis subherba-  
ceis, roseo flore, Serpentes necat cuius  
cunq; admota fuerit.

**THYMELAEA** est, qua granum *Thymelaea*  
gnidium, quod est semen ipsius, colligi  
tur hoc Syri apelinum vocant, quonia  
satiui lini frutex suapte nata similitu-  
dinem referat. virgas edit perpulchras  
multas, tenues, trepidaneas, foliis cha-  
melææ, angustioribus, & pinguioribus  
viscosis, gummosisq; si mordeantur,  
flore candido, fructu myrti in modum  
